De cætero in d.a Contraria Informatione impressa plurima continentur mendacia, prout observare non dedignabuntur, et talia mendacia profluunt ab assertionibus factis ab Episcopo in sua Relatione, sed hæc mediantibus probationibus per nos faciendis dilucidari possent. Verùm totum huius Causæ momentum stat in eo quod prærogativæ, et præeminentiæ, de quibus agitur nemini competunt, etiamsi adsit possessio Centenaria, dummodò non probetur, quod habens tales prærogativas, vel contribuerint de proprio in Fundatione Ecclesiæ, vel habeat super illa Juspatronatus; Unde omnis possibilis diligentia adhibenda est ad effectum habendi alterutram ex hisce Probationibus, nè aliàs inutiliter Expensas proijciamus. Et ità &c.

GOBIERNO DE ARAGON

✠

Manifestatio Juris Illustris Marchionissæ de Rupit Bournonville, pro Sedili honorifico in Ecclesia Cathedrali Vicensi.

Mirum fortasse, imo eximiæ prevetustæque gloriæ, quam Familia de Bournonville ex Marchionibus de Rupit, præclarissimis rebus, tum plurimis, tum maximis gestis domi, foriique, tam in administranda republica, quam in re bellica, sibi comparavit, ignominiosum videretur, si Moderni Marchiones ea negligerent jura, et honorificas prærrogativas, quæ à suis majoribus in ipsos derivarunt; qua propter cum recenter sub die 9 Decembris anni præteriti 1741 ex vi cujusdam pregravantis resolutionis Congregationis Eminentissimorum Cardinalium super S.S. Ritibus deputatæ enormiter læsi extiterint, ipsos spoliando præheminentia retinendi in Cathedrali Ecclesia Vicensi sedem cum brachiis, pulvinari, et tapete, pro indeque né talem suo honori maculam inuri negligenter papiantur, momento rationum quibus ipsi Marchiones suffulti sunt, et intollerabile à præfata Congregatione sibi illatum gravamen publici juris efficere existimarunt.

Nemini profecto in Principatu Catholoniæ ignota est antiquissima Nobilitas Familiæ de Vilademany, universoque populo Vicensi æque innotescit quieta, pacifica, et numquam interrupta posessio, que ab immemoriali tempore, et per plura sæcula eadem Familia, et post eam Marchiones de Rupit, qua legitimi successores in illius conspicuo majoratu gavisi fuerunt, retinendi nempe intus Ecclesiam Cathedralem inter Chorum et Præsbiterium, in ea tamen Ecclesiæ parte, ubi reliquæ mulieres tam nobiles, quam inferioris, et infimæ conditionis sistunt, sedem cum brachiis, pulvinari, et tapete. Istius insignis prærrogativæ usum viderunt, sciverunt, nec unquam abolére tentarunt, vel quot Episcopi Vicensem Mijtram obtinerunt, vel Capitulum in tam diuturni temporis intercapidine.

Hoc tamen in mentem cecidit Reverendissimi moderni Episcopi, qui inveteratas suæ Ecclesiæ consuetudines extirpare procurans, quemadmodum ad hunc effectum plures lites adversus suum Capitulum, exitu tamen parum Felici, excitavit, ita pari spiritu motus hanc antiquissimam, insignemque prærrogativam Marchionum de Rupit evertere non dubitavit. Ad hunc ergo finem assequendum, mediante opera Promotoris Fiscalis suæ Curiæ de anno 1740 recursum habuit ad præfatam Congregationem Rituum, eique affectate, imo minus veridice narravit quod accedere volens Episcopus sub die 28 Augusti ad Ecclesiam, ut Processioni, sacrisque Functionibus interesset, debuit desistere

ne

GOBIERNO DE ARAGON

=né suam Dignitatem, ac Jurisdiccionem Ludibrio exponeret, quia dictum
=sedile cum brachiis, pulvinari, et tapete inter chorum, et Præsbiterium
=pro quadam muliere fuerat locatum, quodque id ipsum in absentia Epis:
=copi aliis vicibus in præteritum actum fuerat, quia hanc facultatem Capi:
=tulum ei indulxerat in æmulationem sui Præsulis, vel certé in remune:
=rationem patrocinii, quod ejusdem Ascendentes præstiterunt Capitulo
=contra Episcopum.

Petiitque idem Promotor sub hujusmodi falsissima rerum expositione, ut prohiberetur dictæ nobili Mulieri, ejusque sponso usus istius prehe:
:minentiæ non minus inter Chorum et Præsbiterium, quam in alia qualibet Ecclesiæ parte, et Capitulo, ne similia amplius concederet indulta, sub pœna interdicti præciperetur. E conspectu istius recursus mandavit Sac. Congregatio, quod Episcopus informaret, auditis interesse habentibus. Capitulum profecto statim protestatum fuit se nullum in hujusmodi controversia habere interesse, at uná simul declaravit, nec unquam ab ipso indultum, á Promo:
:tore Fiscali Calumniose figuratum, fuisse concessum, nec recentem esse usum istius preheminentiæ sed antiquissimum, et ab immemoriali tempore ab Episcopis permissum.

Marchiones autem allegarunt tam propiam, quam suorum Prædecesso:
:rum in Majoratus familiæ de Vilademanij ab immemoriali tempore in:
:veteratam pacificamque possessionem in istarum præheminentiarum usu, et ab hac possessione non deturbari, sed in ea conservari, ac manuteneri Con:
:sentaneé petierunt. Remisit Episcopus ad Sac. Congregationem suam infor:
:mationem, qua non solum tot manifesta mendatia in recursu Pro:
:motoris Fiscalis contenta confirmare eum non puduit, sed insuper ad effectum melius supplantandi, et circumveniendi per falsam narra:
:tionem Em^nos D. D. Cardinales, qui ab ejus informatione veritatem dete:
:gere confidebant, alia plura neutiquam vera, vel nimis æquivoca re:
:presentare non dignatus est.

At quia in Decreto 71 summi olim Pontificis Innocentii XII, Edito super declaratione Constitutionis 74 Sa: Me: Sixti V, ita præscribitur in §. 1, et 2 = Causas autem contentiosas, et ordinem judiciarium requirentes censuit esse omnes illas, in quibus necessarius est Processus judicialis, aut fieri
=debent probationes, Parte citata, sive mediante examine testium in Curia,
=sive mediante jurium, et instrumentorum productione, sive mediante expe:
=ditione litterarum remissorialium, vel compulsorialium, sublata id circo
=eisdem Sac. Congregationibus, earumque Præfectis, et secretariis, omnibusque

aliis

GOBIERNO DE ARAGON

aliis facultate; quod si secus à præsenti Decreto factum fuerit, omnia acta, reso-
:lutiones, ac Decreta sint ipso jure nulla, perinde ac si non emanassent.

Id circo Agentes, ac Defensores à Marchionibus in Romana Curia constituti, statim insteterunt, ut litium controversiæ Decisio ad Sac. Rotæ tribunal remi-
:teretur, et merito, quia cum punctus decidendus à probatione immemora-
:bilis unice dependeret consequenter Causa erat contentiosa, et ordinem ne-
:cessarium requirens, nam probationes super ipsa immemorabili, nempe examina testium fieri debebant, citata Parte, et mediante expeditione Litterarum remissorialium, et compulsorialium, ita ut facultate decidendi, quam Pontifex ei tribuit Sac. Congregatio omnino carebat, juxta præ-
:scriptum relati Pontificii Decreti, quod numquam ab illo Pontifice fuit abroga-
:tum.

Sed dum instabant Defensores Marchionum pro Causæ ad Sac. Rotam remissio-
:ne, Promotor Fiscalis nimis callida præcipitantia operatus est, ut punctus quæst-
:ionis in Sac. Congregatione proponeretur, ac resolveretur, pro ut sub die 9 Decembris elapsi anni fuit resolutus ex obrupto spoliando Marchiones hoc jure honorifico, ac prærrogativa à suis Majoribus possessa à tempore adeo immemoriabili, quod Longe excedit elapsi sæculi metam, et nulla existit ho-
:minum memoria, quæ de initio valeat recordari.

At quibus mediis hanc captiosam victoriam allequutus fuit Promotor Fiscalis? Pudendum dictu! Decepti siquidem fuere Em^mi Cardinales, nam judicarunt ad normam mendacii recursus, ejusdem Promotoris, ad normam narratorum ab Episcopo minus veridice in sua informatione, ad normam demum Calumniosæ cujusdam allegationis, seu insulsæ Declama-
:tionis potius à Nicolao quodam Cuccovillo Advocato, et Joan. Philippo de Lippis nomine Promotoris Fiscalis compositæ, in qua plura ad opportu-
:nitatem mendacia figuravunt, plures irrelevantissimæ in jure congerun-
:tur conclusiones, pluraque tandem in dedecus, et contemptum nobilissimæ Mar-
:chionum Familiæ temerè evomuntur. Nec Defensores Marchionum ea vellere, ac judicantium mentes illuminare poterant (quid enim poterant destituti omni probationum genere?) sed facti seriem veridice exponen-
:tes in allegatione eorum nomine data, brevem ad necessarias parandas probationes sibi concedi dilationem, unaque simul literas compulsoriales, ac remissoriales decerni pro examinandis testibus, et extrahendis opportu-
:nis instrumentorum copiis efflagitarunt.

Verum Em^mi D.D. Cardinales quæ narrata, et allegata fuerunt nomine Promotoris Fiscalis fide adeo cæca secuti sunt, ut inauditis, atque indefensis

marchionibus

Marchionibus, non licére Marchionissæ de Rupit in Eccleria Charvedali Vicensi uti strato, et sedili cum brachiis, et pulvinari, et tapete, etiam si adesset consuetudo immemorabilis, causamque amplius non posse, resolvere non dubitavevint.

Quam injustum sit hoc Decretum sané dicere non est opus, quia nulla potest arte colorari. Injustissimum quidem est, quia nullo modo audita, nec proposita fuerunt rationes Marchionum; leges autem tam Pontificiæ, quam Civiles abhorrent hoc genus judicandi, ut declarat S.S. Pontifex Gregorius Magnus in Cap. 2°. de Caus. Possess. et Proprietat. ubi ait = neque nos contra inauditam partem quidquam possumus definire = si autem Papa hoc non posse facere diserté profitetur, num id licitum erit S. Congregationi Cardinalium? Absit profectó; Hæc enim illimitata facultas non legitur in Bulla Erectionis dictæ Sac: Congregationis, et stylo Curiæ Romanæ contraria est, ut testatur Card: de Luc: in Relat: Roman: Cur: disc: 16: nº 19: contraria quoque est dispositioni juris, ut in. L. De unoquoque, ff de re judic.

Quare concludere oportet, quod hujusmodi Decretum spoliativum dicendum sit, ubi enim Judices injuste contra præscriptum legum pronuntiant procedere dicuntur de facto, spoliative, et uti privatæ Personæ, quemadmodum observant = Crgel. de legit. contradict. quæst. 7. Art. 7. nº 144. Porth. de subhast. inspect. 58. nº 3. et dec. 955. nº 19: nec potest habére præsumptionem pro se, quam regulariter habent, quia omnis præsumptio cessat, ubi constat de veritate in contrarium, quod videlicet Marchiones non fuerunt auditi, ut ponderant = Menoch. de arbitr. Cas. 472: Honded. Consil 32. Num. 11. lib. 1., et Consil 37. num. 15. lib. 2., Actolin resolut. Forens. 19. num. 16.

Injustissimum pariter est dictum Decretum, qui fundatur in tot falsis suppositionibus, quot figuratæ fuerunt á Promotore fiscali in suo recursu, á Rmo Episcopo in sua informatione, et ab illorum Defensoribus in sua allegatione, pro ut inferius demonstrabuntur; in hisce namque terminis Decretum dicitur subreptitium, et uti tale injustum est = Simoncell. de Decret. lib. 1. tit. 1. num. 29. et lib. 3. tit. 7. num. 48. neque enim Supremus Princeps sedit jus tertii, nisi cum legitima causa bene cognita, atque discussa, vel cum ejusdem tertii consensu = Card. de Luc. de Regal. disc. 4. nº 10: Molin. dec. 806. nº 35, et seqq = Unde cum S. Congregatio privaverit Marchiones juve adeo antiquo, et honorifico ipsis competente super subreptitiis ac obreptitiis repræsentationibus, ejus Decretum

ac si non emanasset, habendum est. L. 4. §. subventum &c. de Fideicom. Libert. L. magis puto, §. si æs alienum, &c. de reb. eor. qui sub tut.; Felin. in Cap. inter Cæteros nº 5. de sent. Conclus. 7. nº 3. quia ubi Judices facti veritatem ignorarunt, intelligitur non fecisse, quod egerunt. L. si is at quem, et L. Pupillus, de aquir. hæred. Simoncell. de Decret. Lib. 3. tit. 7. nº 49.

Injustissimum demum est dictum Decretum, quia expressé derogat immemorabili, qua muniti sunt Marchiones, immemorabilis sané possessio, et consuetudo cuilibet notum est, quod tribuat titulum meliorem, validiorem, et magis proficuum Cap. 1. de Consuet. in 6. et Cap. super quibusdam 26. §. Præterea, et ibi. Gloss. verb. in aliquibus, vers. Quia Clerici, Roland. Cons. 66. nº 4. Lib. 2. Menoch, de præsumpt. Lib. 3. præsumt. 121. nº 44. Valenzuel. Cons. 33. nº 5. et 8. Lib. 1. ita ut ipsa sola præbeat juris assistentiam. Menoch Cons. 126. nº 24, in fin. Gratian. discept. Forens. Cap. 845. nº 4. Piton de Controv. Patron alleg. 59. nº 48. et ejus vigore potest allegari Privilegium Apostolicum, concordia cum Episcopis á Papa confirmata sine necessitate illā exhibendi; Gratian discept. Forens. Cap. 2. nº 24. Castill. controv. jur. Lib. 6. Cap. 3. nº 6. et plur seqq. Pignatell. Consult, Canon 26. nº 18., Probat. de effect. immemor. quæ 13. nº 56. Valenzuel. Cons. 33. nº 7. Lib. 1. et cons 184. Lib. 2. nº 10. Navarr. Cons. 15. nº 4. de Regul, et Cons. 3. nº 2. de Cens. Lib. 3. pactum in ipsius Ecclesiæ fundatione, imo jus patronatus ex fundatione, ac dotatione. Grabiel. Cons. 192 nº 4. et 10. et Cons. 198. nº 5. lib. 2. Dec. Cons. 174. nº 4. in fin. Piton de Controv. Patron alleg. 58. nº 6., et solemnis sententia judicialis in auctoritatem rei judicatæ transacta, ut ait recens decis. S. Rotæ Cor. Rmo P. D. Calcagnino Decano in Vicen. Manutentionis 2. Julii 1738. §. 8. et demum quæcumque possibilia privilegia, Peregrin. de Jure Fisc. Lib. 1. tit. 2. nº 61.

Imo quod potentius est, iste titulus ex vi immemorabilis præsumptus, suffragatur nedum contra Episcopum, verum etiam contra ipsam Ecclesiam Romanam, et contra Papam, ut docent Castill. Controv. jur. Lib. 1. Cap. 3. nº 6. et seqq.; Fontanell dec. 586. nº 9. Felin. in cap. ad audientiam no. 22. vers. amplia quarto de præser. Ex illa ratione, quia, ut diximus, tanti temporis cursus præsumere facit Privilegium Pontificium, et possessio immemorabilis habet eandem potentiam, quam habent Papa, Rex, imperator, cum Causa. Castill. contr. jur. lib. 6. Cap. 3. nº 7. in fine, et sub nº 11. vers. quinimo Causa. Isern. in Cap. 1. verb. Flumina publica circa Fin. nº 8. vers. Hæc videntur contraria que sint. Regal. Gratian, discept. Forens Cap. 2. nº 24. Gonzal. super regul. 8. Cancell. gloss. 33. nº 4.

GOBIERNO DE ARAGON

verum

Verum iste titulus adeo efficax, atque validus nullo pacto attendi pro:meruit apud Em.^os Cardinales Sac. Congregationis, qui decreverunt... non licére Marchionibus usum istius honorificæ prærrogativæ, etiam si adesset consuetudo immemorabilis, atque ita vulneraverunt, et con:culcarunt titulum sic venerabilem, qui regulariter est exemptus à qualibet constitutione, et Decreto. Sas. in L. quamvis Col. 42. vers. ter:tia ratio, &. de Flumin. Roland. Cons. 89. n.º 17. lib. 2., et Cons. 59. n.º 16, et 18. Lib. 4. Mascard de probat. p.^e 3. conclus. 1221. n.º 54. et seqq. Gratian. discept. Forens Cap. 2. n.º 23. Germon de indult. §. etiam ex eo n.º 16, et 17. Felin in rubr. de præscript. n.º 18. imo prævalet ipsis legibus, et constitutionibus. Geminian Cons. 139. n.º 3. Bald. Cons. 252. in fin. lib. 2.; nam in Cs, quæ non tangunt articulos Fidei Catholicæ, suffragatur etiam contra expressas constitutiones Apos:tolicas, et contra Concilium Tridentinum, Frass. de Patron reg. indiar. Cap. 31. n.º 34. Bordon oper. variar. tit. de privil. for. cleric. non benef. Cap. 6. n.º 35. Pilai. dec. Pontif. 1. n.º 144. Beng. de Benef. tit. quib. leg. sint benef. impetr. Cap. 4. n.º 24. Unde magis apparet exorbitantia, et injustitia dicti Decreti, quia immemorabilis abrogationem, quam Papa declarat ex defectu voluntatis nunquam facere in præjudicium juris tertio quæsiti, ut supra probavimus, inferiores fecerunt, quod ipsi facere prohibentur ex defectu potestatis, ut dicunt Lambertin de jurep. lib. 3. q.^e 6. art. 2. n.º 2. vers. quod quando. Piton de controv. Patron. alleg. 47. n.º 65. vers. imo si ipse.

At videamus modo quibus motivis Promotor Fiscalis consecutus fuit istam victoriam, et deprehendemus mille mendatia in narratione facti, et totidem irrelevantias in allegatione jurium; Figurat n.º 1. quod invaluit rumor quod homo quidam agnominatus de Vilademanis obtinuerit à Capitulo facultatem istius prærrogativæ, quia illud protexerat contra Episcopum. Vetus quidem rumor est, imo rumor vanus, rumor mendax, qui non probatur nisi ex ipsomet recursu Promotoris Fiscalis ex voluntaria assertione R.^mi Episcopi, et trium Beneficiatorium Ecclesiæ Vicensis, nempe D.^ris Josephi Rovira, D.^ris Luciani Vagaria, et D.^ris Joannis Casals, qui privatim, et sine interpellatione Mar:chionum deposuerunt ad illius libitum, Verum quis admitet probatio:nem adeo imperfectam? et eo magis admitti non potest, quia Capitulum solemniter declaravit contrarium dicendo = Quod malé, et indebite processit Promotor Fiscalis precibus porrectis Sac. Congregationi, exponendo

Item

GOBIERNO DE ARAGON

Illrem Marchionillam de Rupit habére facultatem per Capitulum Vicen. Concessam, ad hoc ut in Ecclesia occupare posit sedile cum brachiis, Pulvinari, et Tapete, cum de simili Concessione non appareat, sicque dictus Promotor Fiscalis parum verius exponit, talem Concessionem factam esse ad emulationem Episcopi, malitiose ita procedendo et Calumniando Capitulum = Et hoc quidem deponit in sua juvata Certificatione Dr. Hyacinthus Olberch Archivarius publici Archivii præfati Capituli; qui perquisitis illius veteribus, ac recentibus scripturis, et libris ad hunc effectum, sub juramento deponit nihil inveniri de omnio istius figuratæ concessionis.

Hisce documentis nunc opponi meruntur dicti Pris testes: num possunt isti illis prævalére, et habére majorem Fidem? Hoc nemo dixerit, pro ut nemo laudabit illam expressionem Homo quidam cognominatus de Vilademanij; si enim Defensores Promotoris Fiscalis scirent antiquam, generosamque Nobilitatem dictæ Familiæ, quam occultare etiam studuit idem Promotor Fiscalis in suo recursu, quæ usque de tempore imperatoris Caroli Magni pollebat titulo Vavassoris Magnatitio inter Equites, et Duces Gotholaun. ut testantur Historiæ. At aliter credere debebant, quod hæc fuit Familia valde nobilis, et conspicua, dum non dedignata fuit matrimonia cum ipsa contrahere, succedere in illius majoratu, et assumere ejus cognomen Illustris Familia de Bournonville, quæ Nobilitatem, Titulos, Feudaque plurima non in Hispania solum, et in Principatu Cathaloniæ, sed in Belgio etiam, et in Regno Franciæ possidet. Et propterea dicta Familia de Vilademanij cum non sit de vulgaribus, non debebat adeó temere, atque impudenter nominari.

Secunda Falsitas narrata in eo stat, quod asseritur fuit, quod anno 1722. occasione celebrandi solemnitates in honorem S. Bernardi Calvó, tota Civitas commota fuerat, quia Baronissa de Orcau intervenire meditabatur, in suo sedili cum brachiis, strato, et Pulvinari, et propterea quia debebat quoque interesse Magistratus dictæ Civitatis, Gubernator nomine Civitatis ad Epm D. Don Franciscum Caetanum de Aragon tunc Gubernatorem Generalem Principatus Cathaloniæ, recursum habuit, qui ad occurrendum scandalis, per suam epistolam præfatæ Baronissæ prohibuit de ordine Regio hujusmodi præeminentiam, mandavitque, né illa amplius in posterum uti audéret.

Hæc dicuntur in contraria allegatione nº 3, et 19. Sed O! quot in hujusmodi narratione appinguntur mendacia! in primis ubinam probatur asserta Universalis commotio Civitatis? De hac nec constat, nec potest ullo modo constare.

Deinde æque falsum est, quod Epistola ad Gubernatorem Principatus

GOBIERNO DE ARAGON

scripta

scripta fuerit nomine Civitatis; solus enim Prætor consultivo modo scripsit, et quidem ex eo motivo, quod novus Magistratus per Regium Edictum prohibitus est habére stratum in Ecclesia, ut ex tenore Epistolæ deprometur.

Ulterius falsissimum quoque est, quod Epistola responsiva Gubernatoris Generalis Principatus conscripta fuerit de Ordine Regio. Unde nam deducitur assertus Ordo Regius?

Et demum intollerabilis falsitas est, quod pretacta in Epistola ejusdem Gubernatoris prohibeatur Baronissæ ullus illius prærrogativæ, et mandetur quod in posterum ea non utatur. Nulla enim in dicta Epistola legitur prohibitio, et signanter in futurum, imó patet, quod hoc fuit quoddam temperamentum interinum, et pro illa circumstancia, dum præservavit Marchionibus jura sua in judicio deducenda, ubi justitia ipsis ministrabitur. Et de facto post dictum annum 1722, quoties Marchiones Moram habuerunt in Civitate Vici, semper publicé, et sine ulla contradictione uti sunt dicta honorifica prærrogativa, ut omnibus est notorium.

Narrat contraria allegatio nº 4. quod die 28 Augusti 1740 in festo S. Augustini Episcopus solitus est celebrare in Pontificalibus, et á celebrando se abstinuit propter hanc supponitam indecentiam, et scandalum. Profecto aliquod motivum erat excogitandum á Promotore Fiscali, ut colloraret principium illius stili, et propterea hunc figuravit, ne illi dici posset: Quare prius non animadvertistis hoc scandalum, quod modo videtis, et prius non curastis ut removeretur? Verum hoc emendicatum motivum pariter falsum est, qui Rmus Episcopus ut quisque scit nunquam præcitata die Divi Augustini solitus fuit celebrare in Pontificalibus. Et utinam celebraret in principalibus anni festivitatibus, cujusmodi sunt Natale Domini, Resurrectio, Corpus Christi, Festum Divi Petri Apostoli Titularis dictæ Ecclesiæ, et alia, in quibus regulariter non videtur quod in Pontificalibus celebret.

Ita sunt et certe nec pauca, nec levis ponderis figmenta, quibus Promotor Fiscalis circumvenit, et decepit Emos P. P. Cardinales. Rationes autem juris sunt æque insubsistentes. Subtinet itaque contraria allegatio numero 6, quod laici nequeant adquirere tales prærrogativas, ac jus sedilis in Ecclesia ex beneficio longissimi temporis, quia velut est usus juris et uti servitus non potest imponi in Ecclesia, velut est usus facti, et ille Casu cum dependeat ab expressa, vel tacita permissione Rectoris Ecclesiæ, hæc semper potest revocari, nec præscriptionem inducit.

GOBIERNO DE ARAGON

Vana

Vana hæc argumentacio statim dejicitur. Namjus sedilis, aliaque jura quæ in Ecclesia á Privatis acquiruntur, non quo ad Dominium, sed quo ad nudum usum acquiruntur; et sic servitutem nullam important, et beneficio temporis eo:dem modo, quo jus patronatum, jus sepulturæ, aliaque hujusmodi comparari queunt. ita docent Jo. Andr. in Cap. abolenda nº 2. de sepult. Paris. Cons. 149 nº 1. et seqq. Lib. 1. Molin de Primog. Lib. 1. Cap. 23. num. 34. in fine. Gratian discept. for. Cap. 110. nº 19. et Cap. 210. num 41. et seqq. et nº 46. Gio:vagnon Cons. 8. á nº 1. usque ad 9. Lib. 2. Lambertin de Jurepatr. Lib. 1. art. 15. quæst. 11. nº 2.

Et id ipsum tuentur Doctores in dicta Contraria allegatione adduch, dicto nº 6. Pignatell. consult. Canon 48. tom. 7. sic loquitur = An sæculares manutenendi sint in jure sedendi in suis sedilibus, sive sedibus positis in Ecclesia? Affirmative: nam licet Laÿci sint incapaces spiritualium, nullumque habeant jus possidendi sedilia in Ecclesia, imó ordinarius possit illa de facto removére; id autem procedit solum in principio appositionis ipsorum, non autem quando in Ecclesia permanserunt spatio alicujus temporis, Episcopo tolerante; tunc enim Episcopus citra injuriam nequit illa amovére, ut ex cumulatis per Gratian.... sed illorum Domini manutenendi sunt, Giovagnon. Ex spatio quippe temporis præsumitur concurrisse tacita Licencia Episcopi, dum dici ipse toleravit. Rota dec. 222. part 1. di:vers. sufficitque Titulus decennalis ad præscribendum contra Episco:pum presentem, scientem, ac tolerantem. Hinc quamvis Sac. Congre:gatio super Episcopis censuerit, quod sedes esse non debeant in Eccle:sia extra tempus Cancionum, nisi fuerint Lapideæ, vel etiam Ligneæ, ut in Sarzanensi 21 Novembris 1600, et 28 Februarii 1601 ſ. Attamen in illis removendis, vel alterandis declaravit, quod non debeant permitti novitates, ut in dicta Acheruntina 4 Junii 1602, in Ferrantina 8 Decembris 1645. ſ illæque removendæ, quæ adéo Altari vicinæ sunt, ut celebrantem impediant, ut in nullis Castri Durantis 10 Novembris 1623.

Antonell de Loc. Legal. Lib. 1. Cap. 3. ita ait. An et quando Laÿcus acquirere possit locum, et jus sedendi in Ecclesia? Respondeo quod invito Episcopo Laÿcus non potest, sed ex tolerantia; vel licentia Episcopi, seu Ecclesiæ Rectoris, tale jus adquirere potest, non quo ad dominium, vel propietatem sed tantum quo ad usum ſ in hoc non requiritur expre:ssus concensus Episcopi, sed sufficit tacitus; Vivian de jur. patr. Lib. 3. Cap. 2. nº 55. Rot. dec. 787 part 1. diver. ſ in tali Casu datur Laÿco

interdictum

GOBIERNO DE ARAGON

Vicen. Remissionis Causæ

Rev: Pr: A tempore immemorabili, cuius initij memoria non extat Nobilissima Familia Villademanij, eiusque in Hæreditate Successores, quales hodiè sunt Marchiones de Rupit Principales extiterunt, et existunt in quieta, et pacifica possessione retinendi in Ecclesia Cathedrali Vicensi Sedem, Pulvinar, et Tapete videntibus, scientibus, et non reclamantibus Episcopis prò tempore, et Capitulo Vicen., prout de huiusmodi inveterato, et immemorabili usu, ac Consuetudine amplissimum perhibent Testimonium septem Testes examinati de Anno 1722, de quibus in summ.° n.° 1.

Non obstante autem huiusmodi pacifica, et immemorabili possessione nunquam controversa, hodiernus Rmus Episcopus Vicen. nescitur quo vento motus, per medium sui Promotoris Fiscalis de mense Decembris superioris Anni recursum habuit ad Sacram Congregationem Rituum, eiquè affectatè, immò minus veridicè exposuit, quod tunc primum, die nimirum 28. Augusti eiusdem Anni, dum ipse Episcopus accessurus erat ad Ecclesiam Cathedralem, relatum sibi fuit positum fuisse in dicta Ecclesia inter Chorum, et Presbyterium Sedile cum brachijs, Pulvinari, et Tapete, ex asserta Concessione Capituli prò Uxore d.i Illmi Dni Marchionis de Rupit, aliaque omninò insubsistentia parum laudabiliter exposuit, instetitque prohiberi antedictæ Nobili Mulieri, eiusque Viro nè audeant imposterum præcitatum Stratum, Sedile, Pulvinar, et Tapetum apponere in quacumque parte Ecclesiæ, nec non Capitulo acriter præcipere nè imposterum audeat similes facere Concessiones, prout latius in sum.° n.° 2.°

Cumque supplici huic Libello dicta Sacra Congregatio rescripserit = Episcopo prò Informatione auditis Interesse habentibus = hinc ipse Rmus Episcopus citatis antedictis Illmis Marchionibus de Rupit, ac Rmo Capitulo, ad deducendum coràm ipso eorum Jura, comparuit primùm Rmum Capitulum per medium sui Procuratoris, seu Syndici expressè protestando ibi = quod non est de intentione sui Illustris Principalis partem aliquam facere in Controversia, et disceptatione orta inter Promotorem Fiscalem, et Illmam Dnam Marchionissam de Rupit, cum in præhabita nova questione exposita per Promotorem Fiscalem de Interesse Capituli Canonicorum Sanctæ Ecclesiæ Vicen. non agatur = prout fusius liquet ex summ.° num.° 3.°; Prò parte verò dictorum Marchionum Principalium responsum fuit, quod tam dicta Dna Marchionissa, quam, ~~[illegible]~~ etiam eius Illustres Prædecessores à tempore immemorabili fuerunt, et sunt in pacifica possessione retinendi præfatum Sedile cum Tapete, et Pulvinari, adeoquè in hac possessione fore manutenendos sum.° n.° 4.°

Transmissa subindè per Rmum Episcopum Vicen. eius Informatione ad dictam Sacram Congregationem, cum præcitati Dni

Marchiones Principales probè nouerint, quod Cognitio, et decisio huiusce Controuersiæ, tamquàm dependens à probatione Immemorabilis possessionis, in qua ipsi, suique Prædecessores extiterunt, et existunt, et pernecesse exigens Judicialem Compilationem formalis Processus, spectat, et pertinet ad Tribunal Sacræ Rotæ, non uerò ad Sacram Congregationem Rituum, ut specialiter disponitur in Celebri Decreto 71. San: Mem. Innocentij XII., hinc memorati Dñi Principales instant in præsenti præuia auocatione dictæ Causæ à Sacra Congregatione Rituum pro illius remissione ad Tribunal Sacræ Rotæ, et ex inferius breuiter subnectendis, exaudiri certò certius confidunt, prout reuerenter exorant.

Quoties enim, ut hic, unicum huius Controuersiæ, et Causæ momentum pendet à probatione immemorabilis iudicialiter, et seruatis seruandis facienda per Testes formiter examinandos, sicque agitur de Causa omninò contentiosa, descendit indè in necessariam consequentiam, quod nequaquam agitari ualet in Sacra Congregatione Rituum, ubi nullus seruatur Judiciarius ordo, sed remittenda absolutè uenit ad Sacræ Rotæ Tribunal, ut literaliter cauetur in præcitato Decreto 71. San: Mem. Innocentij Duodecimi super renouatione et declaratione Constitutionis San. Mem. Sixti Quinti la 74. sicuti uidere est in Bullario Innocentiano fol. 741. §. 1., et 2. ibi = Causas autem contentiosas, et ordinem Judiciarium requirentes censuit esse omnes illas, in quibus necessarius est Processus Judicialis, aut fieri debent probationes Parte citata, siuè mediante examine Testium in Curia, siuè mediante Jurium, et Instrumentorum productione, siuè mediante expeditione Literarum Remissorialium, uel Compulsorialium, sublata idcircò eisdem Sacris Congregationibus, earumque Præfectis, et Secretarijs, omnibusque alijs facultate, quod si secus à præsenti Decreto factum fuerit, omnia Acta, Resolutiones, ac Decreta sint ipso Jure nulla perindè ac si non emanassent. =

Immò in eodem Decreto expressè sancitum, prohibitumque habemus, quod huiusce Causæ contentiosæ, sine speciali Partium consensu iudicari nequeant per Sacras Congregationes, nisi ad eas remittantur per specialem Commissionem manu Sanctissimi signatam, prout legitur in §. 3. ibi = Cessante uerò præfato expresso Partium consensu, ut suprà, censuit Congregatio in Causis, et Negocijs telam Judicialem requirentibus, Jurisdictionem Sacrarum Congregationem non esse prorogabilem, nisi per specialem Commissionem manu Sanctissimi signatam, neque censeri prorogatam ex simplici Rescripto in supplicibus Libellis, qui eidem Sanctissimo porrigi solent, sed immò similia Rescripta habenda esse pro subrepti

reptitiæ extorty, nec illaterey in Judicio, vel extrà suffragarie posse, perindè acta non emanasse. =

Quibus ità prehabity, in nihilo attendi meretur Responsio exadverso forsàn danda, quod primum Causa hæc iam introducta reperiatur in Sacra Congregatione Rituum reduci per simplicem Libellum adeam porrectum de parte Promotoris fiscalis Vicen. sed etiã per appositionem nihil transeat in ea factam prò parte Illmorum DD. Marchionum de Rupit Principalium, adeuit hodiè amplius declinare nequeat illius Jurisdictio. Omisso enim quod agitur de materia contentiosa, ut superiùs dictum, et per consequens repugnet illum per memoratum Decretum Innocentianum, adhuc dicimus, quod sit plex exhibitio Memorialis, et appositio nihil transeat, nullam inducere valuit Litis contestationem, aut consensum in Jurisdictionem Sacræ Congregationis, quia respectu Consortis, ad Locum ista præjudicare posset, fuisset præstandus ab utraque Parte in Scriptis apud Acta Notarij Sacræ Congregationis, ut aperte præscribit dictum Decretum, ibi = (si fuit = Congregatio Consortum huiusmodi præstandum esse in scrip- = tis ab ipsis Partibus, vel ab eorum Legitimis Procuratoribus = Judicialem habentibus mandatum ad consentiendum apud Acta = illius Notarij, qui negotijs Sacrarum Congregationum incumbit = Jus verò ad Litis pendentiam, illiusque præstandam contestatio- nem in eadem Sacra Congregatione, dicimus, quod ad eam in- ducendam sufficiens reputatum est dicta exhibitio supplicis Libelli, et appositio nihil transeat, sed per eadem requiri- tur Citatio ex parte Actoris, litisque reproductio, et reassumptio Rei conventi, ut per Dext. in Clement. final. ut lit. pendens nihil innovetur, et in nostris individualibus terminis nuperimè firmavit Rot. in Valentina Jurisdictionis 11. Decembris 1733. §. Nihilominus præterea coram R.P.D. Millino cum pluribus ibi allegatis.

Eroquia mihi objici volet, quod cognitio materiæ controversiæ privativè spectet ad dictam Sacram Congregationem, adeoque eidem tantùm nequeat ad Judicium Sacræ Rotæ, quia etiam in hac contraria suppositione, quotidiè prò declinatione Causæ est indis- pensabiliter necessaria Judicialis compilatio Processuum super probationes Instrumentorum, semper Causa ex superiùs plenè deductis remittenda est ad Sacram Rotam, ubi possim ex hac ipsa ratione confimiliter controversia agitantur, prout videre est in Calaguritana Bregherinditiarum 9. Martij 1717. §. Absolutis et seqq. coram bo. me. Cervo, ibi = Existimarunt è contrà Con-

53

= cordiam substineri in ea parte, qua permittit Jus retinendi Sepul-
= chrum in Cappella maiori prò se eiusque Familia, et Ministris, nec
= non Scamnum, seu Sedile in eadem Cappella, quandoquidem quoad
= utrumque habet prò se, antiquissimam possessionem non contro-
= versam ab eodem Capitulo, cuius ideò ope meritò potuit perpetuam
= sibi manutentionem polliceri, ut de Jure retinendi Sedile, alias deci-
= sit Rot. in Pampilonen. praeheminentiarum 3. Februarij 1700., et
= 7. Maij 1701. per tot. coram bo: me. dell' Olmo, nec Jus controverti
= poterat ex quo unum, et aliud retineatur intra Presbyterium &
= ruebat in totum ista exceptio attenta Mappa iudicialiter confe-
= cta & quae ostendit ultimos gradus Sedilis longè abesse ab Ara
= maiori per sexdecim pedes, et tumulum distare ab ijsdem gradibus
= per sex pedes, ut declarauit Peritus electus, qui Mappam confe-
= cit, et concordant testes & atque ideò non est cur vetustissima ista,
= pacificaque possessio manuteneri non debeat & = et in Valentina
= Funerum 7. Decembris 1731. coram Emo Rezzonico.

Quare &

Joseph Branca.

Illmo, et Rmo D. Auditore
Sanctissimi.

Vicen. Remissionis Causae
Prò

Illmis, et Exmis DD. Don Fran-
cisco Salvatore, ac Donna Ma-
ria de Bournonuilla Vilade-
mane Marchionibus de Rupit.

Con

R. D. Promotore Fiscalem.
Curiae Episcopalis Vicen.

Memoriale Facti.

Vicecan. Remissionis Causæ

Rev. Pr: Quamvis in præterito Contradictorio habito in huiusmodi Causa die 2. currentis Mensis Augusti iustissimè de mora censuerit Illmus Dñus, quod eadem Causa ut potè contentiosa, et indispensabiliter indigens compilationes Processus ad probandam Immemorabilem discuti nequeat in Sacra Congregatione Rituum, ex quo directè repugnat Celebre Decretum S.M. Innocentij Duodecimi 71., ut latissimè probavimus in nostro præterito Memoriali benignè reassumendo, nihilominùs fuit in dubium, quod in Circumstantijs casus præsentis, ubi in dicta Sacra Congregatione Principaldj appositarum nihil transeat, et ulteriùs Pars Adversa citavit prò Concordatione Dubij, non obstat dictum Decretum Innocentianum, providens quo Causam remisit ad dictam Sacram Congregationem.

Verùm quia hæc motiva ex adverso insinuata, et quibus adhæsit Illmus Dñus tanti non sunt, ut valeant retardare remissionem Causæ ad Sacram Rotam, ut plenè inferiùs probabimus, meritò decircà nostras humillimas preces reiteramus prò remissione dictæ Causæ ad Sacrum Rotæ Tribunal, et à satis notæ Justitiæ Illmi Dñi Auditoris prout cum omni Dubio confidimus.

Ratento namque indubitato principio, quod iuxtà claram, et inconcillabilem Sanctionem dicti Decreti Innocentiani sit, et quotiès, ut in hypothesi, Causæ sunt contentiosæ, et ad earum rectam decisionem aliter procedi non potest, quàm prævia Compilatione Processus, et formali examine Testium ad probandam Immemorabilem, in quo consistit totum Causæ momentum, inducitatum undequaque est in hoc terminis, quod Decretum prælatus subtulit Sacris Congregationibus quamcumque facultatem cognoscendi consimiles Causas, ob eam præcipuam minimam rationem parvi momenti Scrutinium Scripticum accuratè consideratam, quod sicuti Sacræ Congregationes non demandant Compilationem Processuum, neque Literas Requisitoriales, et Compulsoriales decernunt, ità sit, et quatenus in ejs huiusmodi Causæ dispartiantur, præcluderetur Partibus Litigantibus via explendi necessarias probationes, sicque impossibile redditur Causarum recta decisio, ut latiùs ostendimus in nostro Memoriali §. Quotiès enim, et seqq.

Neque valet ad substinendam hanc Causam in Sacra Congregatione Rituum allegari ex adverso meretur, quod prò parte DD. Marchionum Principalium appositum fuerit in Secretaria dictæ Sacræ Congregationis, nihil transfat, et ulteriùs

Rey Aduersa Rey citauerit prò concordatione dubij, talitèr ut hodiè ex hoc capite Causa non profit amplius ab illo auocari. Obiectum dicimus ipsum ex duplici prequalida rey portione fundiry euertitur, Altera nimirum quia predictum Nihil transfert, et Citatio exaduersa facta non sufficiunt ad inducendam Litis contestationem, aut consensum in d. Tribunali, cùm ad huiusmodi effectum requiratur, quod consensus prestetur in scriptis, uel à Partibus ipsis, uel à Procuratoribus legitimo mandato Procure, premunitis, ut expressè cauetur in dicto Regalis Decreto in illis uerbis, opportunè hic repetendis, ibi = Cenfrit & Consensum huiusmodi prestandum esse in scriptis ab ipsis Partibus speciale habentibus mandatum ad consentiendum apud Acta illius Notarij, qui negotijs Sacrorum Congregationum incumbit = quæ Decreti dispositio eo fortiùs procedere debet in casu presenti, ubi Principales in citatione exaduerso facta neque quidem comparuerunt, aut ullum prestiterunt Consensum.

Altera uerò responsio est, quod dato Jure simplex appositio nihil transfert, et Citatio predicta sine comparitione Partis citatæ nullum Consensum, aut Contestationem Litis inducere ualuerunt, aut ualent, iuxtà liquidatæ Textus = in Clementin. final., ut Lit. pendan. nihil innouetur in L. 1. Cod. = de Lit. contest., Bartol. in L. unic. n.° 3., et 5., Cod. de Lit. = Contest., Marant. in prax. Judic. par. 6. eodem tit., Rot. coràm Cerro Decis. 217. n.° 9. cum alijs in Rolano Consultatij 21. Martij 1738. §. 5., et §. 8., ubi quod appositio nihil transfert at resoluitur in meram protestationem, quam qui facit nequit agere, neque efficax dicitur coram R. D. de Vaijs, et in nostris precijs terminis in Valentina Indultis 11. Decembris 1739. §. Ritebatur preterea coram R. D. Millino, ibi = Cenebry tamen objecerunt in irritum, quia nec per appositionem nihil transfert, nec per iniunctam Citationem Partis inducit ualuit Litis Contestatio requiruntur Citationem ex parte Actoris, cuiusque reproductionem, et negationem, seu responsionem Rei, per Textus = Quibus ità firmiter constabilitis, nullius pretij mandatis

est

GOBIERNO DE ARAGON

est responsio exadverso data in preterito Contradictorio, quod nimirum incertum sit an probatio immemorabilis per nos facienda, profutura sit Dnis Principalibus, adeoque nequeat sub fundamento explendae huiusmodi probationis, causa remitti ad Sacram Rotam; Quoniam pretermisso quod huiusce contrarius discursus uti divinatorius, difficultatem non tollit, dum substantia est, quod probatio Immemorabilis est pernecesse facienda, nec vieri valet in Sacra Congregatione Rituum, ut iam prenotavimus, adhuc ad removendam quamcumque difficultatem, dicimus, quod probatio predicta est indubitanter profutura Principalibus nostris, prout eam in consimili materia sepulchri, et sedilis sufficientem sepissime iudicavit Sacra Rota, et signanter in Pampilonen. preheminentiarum 3. Februarij 1700., et 7. Martij 1701. coram bo. me. dell' Olmo, et in Calaguritana preheminentiarum 1. Martij 1717. coram bo: me: Cerro.

Ex eo prevalido, et Juridico fundamento, quod habens pro se immemorabilem potest allegare quemcumque titulum etiam Apostolicum sibi magis utilem, et proficuum iuxta deducta per Rot. coram Lancetta decis. 154. num. 1., et decis. 401. n.° 13., coram eodem, et alibi passim.

Quare &

Joseph Branca.

57

Illmo, et Rmo D. Aud.re Sanctissimi

Vicen. Remissionis Causae.

Pro

Illmis, et ~~Emmis~~ DD. Don Fran.co Saluatore, et D.a Anna Maria de Bournonville Villademonij Marchionibus de Rupit.

Con

R. D. Promothorem Fiscalem Curiae Episcopalis Vicen.

Memoriale Add.le reassumatur.

Stantibus Pi = Dub: An liceat Marchionisse de Ruppit in Ecclesia Cathedrali Vicensi uti strato et Sedili cum bracchijs Pulvinari et Tapete in casu &

1. Emo et Rmo Dno = Rumor invaluit in Civitate Vicensi quod homo quidam agnominatus Villademans antecessoribus temporibus obtinuisset a Capitulo Cathedralis dictae Civitatis facultatem ponendi non nullas Preeminentias in eadem Ecclesia tempore quo Sacra functiones peraguntur quodque morium pretense huiusmodi concessionis defumpto fundamento exeo quod dictus Villademans pluribus aliis accessisset hominibus assistentia et patrocinium prestitisset eidem Capitulo in gravibus litigijs et controversijs quas promoverat contra proprium Episcopum ut videre est in relatione Rmi Ordinarij que datur in summario num: 1.

2. Fama itidem percrebuit, quod huiusmodi Preeminentie in hoc consisterent quod nempe dictus Villademans eiusque Successores retinere possint de tempore Sacrarum functionum in eadem Ecclesia ac inter Chorum et Presbyterium nobile Sedile cum bracchijs strato pulvinari et tapete, quodque aliquoties eisdem preeminentijs usi fuissent ut excitata relatione Rmi Ordinarij

3. Domini Marchiones de Ruppit qui non habent incolatum fixum in dicta Civitate Vicensi pretendunt esse Successores predicti Villademans et sub hoc presupposito iactarunt aliquando ut posse huiusmodi pretentas vix congruis et licitis Principi habenti Dominium in loco vel habenti patronatum Ecclie quo tamen singulariter forsan usque adhuc inaudita pretensio visa fuit adeo monstruosa ipsis met laicis ut cum de anno 1714: celebrande inibi essent nonnulle sollemnitates in honore Sti Bernardi Salvi in eis interesse Magistratus Civitatis statim ac habita fuit notitia quod intervenire etiam meditabatur Dn Marchionissa de Ruppit ac eligere Sedile cum Bracchijs Strato Pulvinari et tapete tota commota fuit Civitas que prorupit seu eius Gubernator ad occurrendum quemcumque scandalo forsan eventuro celeriter desuper fecit supremum Cathalonie Provegem istreque opprimi callensea Iuris Sacrique Ceremonialis principia que omnibus sunt notoria per Epistolam responsivam ita definivit atque prescripsit ibi = Ho letta la lettera di V: S: nella quale mi domanda se hadentro saputo ere voglia la Baronessa de Horan (que erat filia Marchionis de Ruppit) ponere Sedia e cuscini in coresta Sua Chiesa durante li giorni che si faranno le feste a S: Bernardo Salvo d'averli fatta concessione farta il Capitolo alla Casa del Marchese de Ruppit per la ragione che V: S: asserisce se sarà decente all'autorità Reale che vi assista coresta Giunta e sembrandomi necessario che questa vi assista all'incontro non essendo lecito ad alcuna persona particolare usare delle preeminenze e distinzione che pretende d: Baronessa e specialmente nelle Chiese Cathedrali che però li farà V: S: intendere e principalmente al Barone suo marito che non pongano detta Sedia e Cuscini, che saranno intesi di Giustizia se haveranno raggioni di allegare in Contrario & Sumario n: 2:

4. Quid evenerit ante decursum anni 1714: et post data Progij Epistola ex oscitantia forsan vel conniventia Capituli non est utique incompertum: Hoc unum est tamen indubitatum in facto quod DD. Marchiones de Ruppit nunquam attentarunt has preeminentias presente Episcopo exercere: Sed cum recurrente festivitate Sti Augustini sub die 28: Augusti elapsi anni 1740: in qua Reverendissimus Episcopus est celebrare in Pontificalibus desseminata fuerit vox quod D: Marchionissa de Ruppit inter veniri volebat in Cathedrali ibique exercere solitas Preeminentias idem Reverendissimus Antistes non declinans a sua assueta debilitate et prudentia maluit in eadem die se abstinere ab accessu ad Cathedralem quisque portuisset iuridicis remedijs contravia animositate complescere consulimus tamen pontavit ad per medium sui Promotoris fiscalis deferre ad hanc Sacram et Sapientissimam Congregationem exponendo iuxta desuper dicta ac opportunum suppetere remedium; Porrecto igitur supplici libello de quo in Summario num: 3. ac exquisita de more eius relatione illaque auditis partibus idest tum Capitulo tum Marchione de Ruppit compilata et remissa proponimus hodie ab Emo et Rmo Dno Ponente preinserte dubium, cui negative in omnibus respondendum esse confidimus prout humiliter supplicamus =

5. Iam enim ex ipso solo aspectu seu ex sola lectura dubij quod proponitur quisque prudens et sapiens inspicit irrationabilitate et monstruositate pretentionis D: Marchionissae de Ruppit super hoc conspicuo iure habendi retinendique in Cathedrali Ecclia ac e conspectu et sub oculis Episcopi stratum et Sedile cum Bracchijs pulvinari et Tapete quod nec vix pretendi potest et de facto non pretenditur a magnis Principibus habentibus Dominium in loco et Patronatum Ecclesie. Providemus etiam ipsosque Sapientissimos et Zelantissimos PP: utpote melius omnibus callentes ea que in hoc puncto ceteris que aliis ritibus Juribusque preeminentialibus prescripta sunt a Sacris Canonibus ac legibus Ceremonialis consentanea ad antiquam laudabilem disciplinam iamiudum ab exordijs Christianae Religionis introductam ingiterque observata improbaturos et increpaturos super eam demum irrationabilem pretensionem absque eo quod Nos ultra defatigamur in expendendo Jura Promotoris fiscalis. Verum ne muneri nro deficiamus, hac breviter subnectimus pro opendendo in omni parte et in omni respectu exorbitantia et improbitate dicte contrarie pretensionis.

6. Quidquid siquidem varie disseverant Doctores circa ius retinendi plaicos Sedilia in Ecclijs distincta et separata a ceteris aliis in eo convenire videntur omnes quod quoties non agitur inter ipsos laicos invicem se turbantes sed cum ipsa Ecclia aut eius Rectore et Seculare contendente pro sua libertate et respective pro remotione Sedilium ut tunc nulla eisdem laicis competat actio nec mandatum

tenuis in quasi possessione retinendi Sedilia ipsa invito Rectore seu Prelato ea solita ratione quia laici in Ecclia nullu Jus habent nec aquirere possunt usus vero seu observantia in qua ipsi se fundarent aut est usus Juris quo est species Servitutis et hec nullo modo imponi et subsistere potest in Ecclia aut est usus facti qui alio modo appellatur simplex facultas resultans ab expressa vel tacita permissione Domini seu Rectoris Ecclie, et tunc talis usus etiamsi per mille annos habitus fuisset semper est revocabilis ad libitum Domini nec aliqua prescriptione inducit exemplo eius qui per agrum alienum ex licentia vel tollerantia Domini transivit vel ad vicini puteum accessit ad hurienda aquam ut ex his aliisque solitis rationibus firmant communiter Drass: de reg: Patron: tom: 1: Cap: 93. num: 13: Cittadin decis: Canonic: 4: num: 112: et seqq: lib: 1: Canscel observ: ad decis: 181: Capyc Latr: n.° 5. Nicol: in flosculi: verb: Ecclia n.° 11. Ventrigl. in prax: annotat: 111: n.° 34: Antonel. de loc: legal: lib. 1: = Cap: 3. n.° 68: Gavant in manual. Episcop: verb. Ecclesiarum reverentia n.° 3. in addit: ubi refert ita resultu fuisse per hanc Sacram Congregationem Card. de Luc: de preeminent. discurs. 12. n.° 4. alter de Luc: de gratian. discept forens: 170: n.° 11. et seqq. Altograd. iunior controv. 45. n.° 2. et seqq. Conrad decis. 159: n.° 11: part 2. Lignarell. consult: canonic. 48: n.° 1.° tom: 2. Sassarin. de statu homin. quest: 155. art: 4. num 379: tom. 1: plene. Romaguer ad Const. Synodal Terunden lib. 3. tit: 14: cap. 1. n.° 1.° et seqq. et Rota cora Cerro dec: 959: n.° 1.°

7 Idque multo magis et indubitantius locum habet quoad feminas cellutas quibus non licet nec decet habere Sedilia distincta et separata magisque honorifica supra alios sed omnes debent equali jure et in communi loco ad id destinato adesse et sedere ut habetur apud citatos et signanter apud Romaguer. mox relat. ubi refert Constitutiones Synodales Terunden in qua prohibetur tenere scamna pro mulieribus in Ecclesijs, his verbis = Scandalis et disceptationibus que circa ut scripta frequenter eveniunt volentes pro posse obviare quia plures discordie et scandala sequuta fuerunt propter scamna que in aliquibus Ecclesijs nre Diocesis tenentur pro Mulieribus ut in eis sedeant dum Officia divina celebrantur. Ideirco nos mandamus sub pena Excommunicationis late sententie, ne decetero in Ecclesijs nre Diocesis teneantur seu ponantur scamna Sedilia seu Cathedre vel alia quecumque supra pavimenta comune ipsarum Ecclesiarum destinata specialiter ipsis mulieribus ut in ipsis sedeant sed sufficiat pro ipsis esse pavarum pavimenta ipsarum Ecclesiarum ut in eo sedeant = Et concordant texus in cap: primo in fine de Sabbat. clericor. et Lignarel. consult: Can. 3. n.° 6. tom: 3.

8: Quod si licite non est in quocumque loco vel parte Ecclesie multo minus licite esse potest in loco et parte de qua agitur id est inter Chorum et Presbiterium: Cum in his locis prohibita sit ipsis et magis principi eius quarumlibet primarie et excelse nobilitatis Jurisdictionis et Dignitatis erigere Patronis Ecclesie stare et sedere aut Sedilia collocare iuxta Sacrorum Canonum prescriptus in Canon: Servum nisi et in can. Sacerdotes de Consecrat. dist. 1: et in cap. 1.° de vita et honestate clericor. ubi plene Gonzal. atque expresse disponitur in Ceremoniali Episcoporum et ita millies resolutum fuisse ab ista Sacra Congregatione, testantur Francesc. de Eccles. Card. cap: 5. n.° 41: et seqq. Lotter. Lotter. de re beneficiar. lib. 1.° cap: 13. n.° 10: et seqq. Lignarell. consul. canon. 3. n.° 6. et seqq. et consult. 3. n.° 6. et seqq. et n.° 18: tom. 3 et consult: 16. per tot. tom. 4. Ventrigl. in prax. lib. 11 annot. 1.° §. 4: n.° 9: Panimoll. decis. 1.° annot. 11: n.° 34: et seqq. et Rota in Lampilonen preeminentiar: 3. Februarij 1700: § nec ad excludendum cor. bon. me. del Olmo et apud alios passim.

9. Hec facit quod ista Sedes revera non collocetur in Choro et presbiterio sed in loco intermedio. 10.
nam cum in illo et per illa pateat inevitabilis accessus et recessus Canonicorum aliorumque Ministrantium in divinis a Choro ad Presbiterium et contra ad hec dicitur venire et comprehendi sub nomine Sacrarij et Presbiterij destinato pro Sacerdotibus ceteris que ministris sacri altaris et abeo per consequens debent expelli omnes laici et presertim femine cum ob Assistentiam et iuxta asserti am partis indubi in presertim existiscent tum vagone decentie tum ne impedimentum sint Sacerdotibus et Ministris periculum locum transire deferentibus pro celebrando et ministrando in divinis ut per text: in cap: Sacerdotum 3. de Consecrat. dist. 1. ubi Card. Turrecremat. et in d.to cap. 1. de vit. et honestat. Clericorum ubi omnes Canonistae et signanter Anton: Augustin. advertunt Gavant. in Rubric. Missal. et Brevian. part. 2. tit. 30: vers. Sacerdotes Card. Laurea in Epitome Canonum verb. Laici alias prohibita Jusef de Visitat. lib. 1.° cap: 17. per tot. Scavtant. ad Beccoper. lib. 1: tit: 3. num. 1.° et seqq. ubi quod totum id quod intercedit a prima parte Ecclesie usque ad navem veniat sub nomine Sacrarij et Presbiterij et Rota in dicta Pampilonen. Preeminentiarum 3. Februarij 1700: § inde Gavant. in fin. cora bon. memor. dell Olmo. 13

10: Ac monstruosita contrarietas presentionis non tam stat in scamno et Sedili et in loco in quo illud reponitur et collocatur quam in eius qualitatibus et ornamentis. Pretendit enim D. Mauritius Bo de Ruppir uti in Ecclia Cathedrali strato et Sedili cum bracchijs Pulvinari et tapete. Iuxta Rubrum quod proponitur que cui sint signa superioritatis competentia solis Episcopis aliisque Prelatis habentibus omnimodam Jurisdictionem in loco et in Ecclia ut est principium assu-

tum apud omnes et prout asserit noster Monacell. agens de Solis. Pulvinari et Tapete in Form. Legal. part. 1. tit. 13. form. 1. n.° 3. ibi = Hæc enim sunt signa superioritatis quæ non competunt nisi Episcopis aliisque Prælatis = Omnibus aliis qui non sunt Episcopi non habent Jurisdictionem in loco et Ecclesia denegandæ sunt etiamsi essent de excelsa et primaria nobilitate ut pro certo et irrefragabili supponunt auctoritates deducte supra in §. Quidquid igitur et ex præfato innuit Ceremoniale Episcoporum in lib. 1. cap. 13. in fine. ubi licet permittat Illustribus Viris Laicis Magistratibus et Principibus Sedi extra Chorum et Presbyterium plus minusque pro cuiusque dignitate et gradu ornatis. loquitur tamen de Viris Illustribus et Principibus veris et propriis habentibus per veritatem Jura Imperij et Regalia. Non autem de aliis Baronibus et Domicellis inferioribus quamvis generose nobilitatis ac Dignitate seu titulo Principis Ducis Marchionum vel Comitis habentibus ut pro indubitato tenet et firmat Card. de Luca de Pregeminent. D.ni cur. 86. per tot. et signanter num. 11. et sequen. et in num. 20. ita concludit ibi = Ubi revera ipsi non dicuntur habere dignitatem per veritatem neque sunt veri et proprij Principes Duces Marchiones vel Comites sed solum abusive et in simplici locutione. Unde præterea recognitum et absolutum est quod Deposita in Cæremoniali de Principibus et Ducibus ipsis non competant sed solum illis per veritatem habentibus Jura Imperij et Regalia = Et ulterius Cæremoniale loquitur de Sedilibus ornatis quidem iuxta cuiusquam dignitatem et gradum, sed destitutis illis signis præeminentialibus ac superioritatem denotantibus.

11: Etiam de facto quidquid sit de Principibus habentibus Jurisdictionem et Dominium temporale in locis et Ecclesijs ubi vellent retinere ista Sedilia ornata. certum est quod Cæremoniale denegat strato et Sedilia cum brachijs Pulvinari et Tapete ipsis mer Magistratibus enumeratis in eodem cap. 13. lib. 1 quamvis ipsi repræsentent totum corpus civile et politicum Civitatis ut semper respondit ista Sacra Congregatio signanter in Baren. 1. Septembris 1690. in Aprutina 6. Octobris 1696. ad octavam dubium relat. per Signatell in Formul. Legal. part. 1. tit. 13. formul. 1. n.° 3. et ceteris aliis omissis ista fuit nuperrime resoluta ab eadem Sacra Congregatione in Balneoregien. Præeminentiarum 19. Aprilis 1738. Ponente clar. mem. Card. Giorgio Spinula. Denegat et Canonicis et Dignitatibus quamvis istis faciant unum corpus cum Epo habeantque Jurisdictionem in Ecclia habitualiter viventi Epo et in actu Sede vacante iuxta alia decreta eiusdem Sacræ Congregationis signanter in Herbipolen. Præeminentiarum 11. Aprilis 1698. et in Urbinaten. 15. Januarij 1700. relat. per eumdem Monacell. dict. tit. 13. form. 1. n.° 1. denegarque quoque ipsis primis Dignitatibus Cathedralia et illisque pollerent singularibus prærogativis et præeminentijs ac haberent Jurisdictionem in Capitulo Canonicos ceteroſque Ministros Ecclie ut nuper respondit eadem Sacra Congregatio in Anagnina Præeminentiarum 11. Aprilis 1736. ad votum Dub. Ponente Emo D. Cardle Ballugà. Unde si denegatis in quibus de ceteris urgere non debet tanta monstruositas et quibus concedituo ex præscripto sacrorum Canonum et ciusdem Cæremonialis veretrio scamni in Ecclia cum usu quoque pulvinarium a fortiori denegandi videntur simplicibus Baronibus et Domicellis nullam minimam Jurisdictionem et Dominium temporale habentibus in locis et in Ecclijs ubi hanc insignissima prærogativam habere prætendunt, et plus quod a fortiori denegandi videntur feminis seu Uxoribus horum Dominorum præsertim in Ecclijs Cathedralibus sub oculis Eporum

12: Prævidendo hanc monstruositatem radicamus ruinam penitus frustra ex adverso recurretur ad tam ad Utilitatem et generosam Nobilitatem Marchionum de Rupit plura feuda possidentium tum ad præsentem consuetudinem immemorabilem. Asserta namque nobilitas quam hoc nec impugnamus nec admittimus quæcumque ea sit tamen non est potentia ut tribuere valeat præeminentias illas quæ in Jure non sunt scriptæ imo ipsi Juri et decretis expressis præsertim Cæremonialis Eporum expresse adversantur maxime cum hæc familia nullam Jurisdictionem præeminentiam et Dominium habeat in Civitate Vicen. in cuius Ecclia ipsa aut exercebat hæc Jura honorifica et præeminentialia sed annumeratur inter alias familias Civitatis

13. Præterea vero consuetudo nec probatur in linea facti et quatenus probaretur esset penitus irrelevans imo sine abolenda et damnanda, non tamen probatur in facto quia nullum ex adverso vel remotum datum fuit documentum ex quo resultet prætatos actus præeminentiales esse exercitos ab immemorabili tempore ab ijs Prædecessoribus Marchionibus seu Marchionissis de Rupit intra Chorum et Presbyterium præsente Epo solumque ex nonnullis viventibus de super requisitis habemus quod ipsi Marchiones ex concessione Capituli Vicentis aliquando usi fuerint strato nulla facta expressione Sedilium brachijs pulvinaris atque tapetis et absque designatione loci ut ex summarion.° 4. at: quæ ideo ut non uniformes neque continuata non valebit equidem tribuere juri adverso nec possessionem nec titulum colorati ad effum exercendi præeminentias, quæ alias de Jure non competunt ut in simili respondit Rota in Bisignanen. præeminentiar. 14. Junij 1743. § de tali corr. bon: mem: Ansaldo et in Sabinen. manutentionis 18. Junij 1718. § ejusdem et § minusque cor: bon: mem: Fosarato

14: Imo huius iactate immemorabilis probatio deficientibus antiquis scripturis et documentis aut Archivis reddetur penitus impossibilis et si ex adverso adducerentur vel adduci exiberentur mille testes formiter examinandi p medium Litterarum remissorialium cum sibus requisitis ut vulgate glos: in cap: 1.° verbo memoria de consuetudine in §. Quippe quia cui immemorabilis in hac re et contra disposita in libro Cæremonialis oporteat ut percurrat tempus ante illius editionem, et confirmationem facta a Sanc: mem: Clemente VIII seu quod fuisset completa et conclusa de eo tempore stante quod imposterum induci nequivit ob superveniente Constitutionem Apostolicam mandantes observantia eiusdo Cæremonialis et improbantes quemcumque contrarium usum illam scilicet Innocentij X. de anno 1650: aliam celeberrimæ Innocentij XIII que incipit Apostolici Ministerij de anno 1723: pro Regnis Hispanie et postremam Benedicti XIII de anno 1727. pro tota Ecclia universali inter quas la 1.ª Bullar. nuper impressi tom: 18: ut firmant Lignatell consult. canonic. 19: sub n.° 15: tom: 4: Vosaya disceptat. Ecclesiast. 16. n.° 35: tom. 3. par. prima et Scarfantton ad Ceccoper. Lucabrat. Canonic. lib 1: tit: 15. n.° 11: tom: 1.° ibi = Quatenus spectat ad probationem immemorabilis pro evitanda censura Cæremonialis Patres videntur non sufficere ea Justificatio immemorabilis que non percurrerit tempus ante editionem et confirmationem illius facta a Sanc: mem: Clemente VIII. de anno 1600: quia certum est Cæremoniale eandem immemorabile non subsistere nisi illius cum in ipso tollatur et abrogetur contrarius usus et consuetudo ita introducta multo magis intelligendum est ut abroget et impediat de novo introducendam ex regula quod ubi removetur ex causa irrationabilitatis præterita consuetudo vel abusus fortius intelligitur remota futura.

15. Sequitur inde quod ad probanda hanc immemorabilem antecedentem editioni Cæremonialis non prius admitti et reperiri testes qui concludenter valerent usque de anno 160: requisita prædicta Glossa in Cap: 1.° de oporteret eam concludi p antiquas publicas scripturas et documenta authentica quæ tamen pars adversa non habet ut quoad reiectionem testium dixit Rota in Recent: decis: 139: n.° 5. et decis. 171: n.° 4: et 6. part: 5. decis: 166. n.° 17. et sequn. part. 6. decis. 59: n.° 9: part: 9: decis 55. n.° 5. part: 14: et in causa Guastallæ Guarne funeralis super remissoria 1: July 1714: 9. final. coram bon: mem. Ratto et formiter examinata materia nuper respondit hec Sacra Congregatio in Cauriem Cæremonialis de anno 1739: Ponente Ema Dño Card. Alexandro Albano. ubi in Supplicatione quod immemorabilis iactata ex parte Capituli contra Decreta Cæremonialis non esset irrationabilis, respondit eam percurrere debere tempus antecedens ad editionem Cæremonialis et ideo probandam esse per solas scripturas antiquas que de hac præcedenti immemorabili mentionem facerent et non per testes.

16. Et ubi admitti posset observantia posteriori Cæremoniali adhuc in casu de quo agitur ea inversa penitus remaneret ex Epistola seu Decreto edito de anno 1711: a Sto Rege Catholico, per quod inter dictam extitit Mandationibus de Rupit exercere controversa iura honorifica ut in Summario n.° 11: et cui prohibitioni ipsius acquieverunt absque eo quod inde citra tentaverint hoc honorificum et præeminentiale sedile collocandi in Ecclia. Siautem ad evertenda immemorabilem exuberat quicumque simplex rumor in contrarium ut passim dixit Rota signanter in Padebonen. Primariarum precum 11. Martij 1719: § Quamobrem coram R. P. D. Millino, et in Judeen Jurisdictionis super Manutentione 16. Februarij 1739: § 11: coram eodem Eo magis inversa et interrupta dici debet ex predicto actu prohibitivo et subsequuta acquiescentia veluti per quam facta se denudavit prohibinsquacumque sua antecedenti possessione ut in specie respondit eadem Rota coram Priolo decis. 413. n.° 49. coram Caprara decis. 333. n.° 16. coram Falconerio decis. 8. n.° 15: de rescript. et decis. 3. n.° 11: de union. in Burgen. Jurisvisitandi de Bribiesca 11: Junij 1714: § ceteri vero coram clar: mem. Card. Sotto et in Orgellen. Vicariæ 10: Junij 1719: § Circa eosdem coram bon: mem: Ratto.

17. Non probatur itaque nec est probabilis pretensa immemorabilis consuetudo: At etiamsi probaretur in linea facti adhuc ea esset irrelevans imo abolenda et damnanda tanquam irrationabilis turpis scandalosa cum in veritate scandalosissima et monstruosissima sit et usque adhuc non visum nec auditum in Orbe Catholico quod femina quantumvis Illustris nullam tamen Jurisdictionem superioritatem et dominium temporale habens in Civitate pro tempore sit et debeat adeo insigni prærogativa veniendi stratum et Sedile cum bracchijs Pulvinari et Tapete que sunt indubia signa superioritatis in Ecclia primaria Civitatis et Dioecesis ipsi in Ecclia Cathedrali sub oculis Epi et e conspectu sue Pontificie Sedis id quod non habent nec pretendere possunt Magistratus quamvis de Supremis et Insignibus Canonici et Dignitates imo nec ipsi Principes habentes Jura Imperij et Regalia destituti tamen Jurisdictione et dominio in loco et Ecclia ut pro irrationabilitate huius pretensorum et consuetudinum tradunt in sequentibus terminis post D. Thomam part. 11: que. 81: art. 4: caps: fin: Alic: in prax: vicar: resol. 101: versus finem Rovar. in summ: Bullar. Comentar. 101: sub n. 5. Card. de Luc. de Præeminent disc. 18. n.° 11: et postalios concordantes plene Paulus de Rubeis in annot. ad decis 28: n.° 1: part. 3. recent: litt: A. et Rota in recent decis 60: n.° 3. et seq. part. 19. thabentis tom 1: Et multo turpior et scandalosior reputanda est eadem pretensa immemorabilis tanquam fomentum et initium habendi ut præfertur a causa et titulo vitioso et infecto ideo ab concessione Capituli quod poterat non habebat neque habet in ferendi præiudicium et servitutem Ecclie ex iustissimis et quidem facta in odium et emulationem sui Præsulis ac in oppressionem Civium

Episcopalibus ex quo nimirum asserunt Auctor huius familiæ de Rupit agnominatus Villademans Incola Vicensis plu-
ribus accessit hominibus partes Capitulo sumpsisset et rutatus fuisset contra Epum de tempore ejus gravia
Turgia inter eos urgerentur de famula publica referunt vestri Summ: n.° 11: et informatio reverendissimi
Ordinarij Summ: n.° 1.

18: Ex hinc autem necessitas evidenti irrationabilitate consuetudinis quæ portas corruperela et abusus respuendi
est venit penitus abrinanda et damnanda etiamsi millies prostaretur in linea facti cum omnibus requisitis
dict: Rot: in Cap: 9.° de consuetud. in 6.° et quamvis et consuetudo immemorabilis præscripta vemaltevet a
lege Regemoniali cum hac præscriptis intelligenda sit de consuetudinibus nullam inuolventibus irrationa-
bilitatem et multo magis de monstruosis et scandalosis qualis est pro quippe q.d improbata et damnata
expressissime fuerint tum a Concilio Romano sub Exan: mem: Benedicto XIV tit: 15: cap: 1.° tum in
Constione eiusdem Summi Pontificis edita pro Gallia universali sa: 1.° §.1: et 3. inter suas Bullar.
nuperrime impress: Romanæ tum etiam in dia celebri Const: Apostolici ministerij edita de anno 1743:
per san: mem: Innoc: XIII pro Regnis Hispaniæ inter suas la 34: §. 13: dicto bullar. Roman. et
post quas Constiones sic constantissime resolverunt Sacræ Congregationes urbis improbando vide-
licet quasumque consuetudines irrationabiles quantumvis diuturnas et immemorabiles ut signan-
ter Sacra Congregatio Concilij in una Sennen Celebrationis Ordinum 1.° Augusti 1705. ad decimum
dubium et hic Sacra Congregatio in dia Anagnina præeminentiar. 11.° Aprilis 1736. ad
primum dubium Ponente Emo D.° Card.° Belluga in Orbeveranen præeminentiar super dubijs
13. July 1733. ad septimum dubium Ponente clar: mem: Card.° Lorzadario et in alijs quæ nove-
runt Sapientissimi DD.

19: Et hic respiciendo venit et irrevocabiliter ponderanda illa notabilis facti circumstantia quæ accidit de
anno 1711: dum scilicet prohibitio tunc facta de Ordine Regio Marchionibus de Rupit ne audeverent
amplius uti seu aburi prædictis præeminentijs in Ecclia Cathedrali ut ex illis verbis ibi = Non
obstante che essendo lecito a qualsivoglia persona particolare usare della preeminenza e distinzione de
pretende D.a Baronessa e specialmente nella Chiesa Cathedrale &c. però li farà intendere
e similmente al Barone suo marito &c non pongano detta Sedia e cuscini &c = Summa:
n.° 11: Ex quo duo insurgunt primum videlicet quod si ex conditio Principis laici irrationabilis et
9 sacra monstruosa reputata fuit contraria pregressio eo ipso quod [illegible] retractare non meneri voluerunt
iura et libertas Ecclie longe proclivius et libentius inexpanda venit eadem contraria præcessio
et respective vindicanda libertas Ecclie ab hoc Sacro et Zelantissimo Consessu et aliud quod si
usus præeminentiarum inhibitus fuit a regio Tribunali in gratiam et in obsequium Magistra-
tus Secularis multo fortius interdicendus est a Sacra Congregatione in gratia et obsequium Reverendis-
simi Epi qui supra Magistratus ceteroque alios laicos quacumque Dignitate insignitos
Sicuti Sol supra Lunam præfulget ex Juribus notissimis et adveniri scarfantor. ad Decisiones Cucubras.
Canon. lib. 11: tit: 11: n.° 3. = Quare &c = Nicolaus Caccovillius Advoc: = Jo: Philippus
de Lippis =

Io fedo &c nel registro delle Cre &c sono conservate nell'Archivio di d.a molto Ill.re Curia de
ora a mio carrico ed in quelle &c corrispondono nell'anno 1711: con data de 19: 8bre di d.° anno
si trova una Cra scritta dall'Ecmo Sgnor D.r Francesco Gaetano de Aragon Governatore e Com-
mandante Generale dell'esercito e Principato di Catalogna diretta a D.r Liberato Lamo de
Spinosa Governatore e Corregitore in quel tempo di detta Città il tenore della quale era il
seguente = Ho ricevuta la Cra di V.S. Ill.ma indata delli 11: del corrente nella quale mi doman-
da Sua &c havendo saputo &c voglia la Baronessa de Horcau ponere Sedia e Cuscini in coresta
S.ta Chiesa durante li giorni nelli quali si faranno le feste a S.t Bernardo Calvo &c haverle nel
concessione fatta il Capitolo alla casa del Marchese de Rupit la ragione &c di V.S. esprez-
zerà devenire all'autorità Reale &c Vi scrivo coresta Sedia e cuscini &c parendomi necessa-
rio &c già vi assistri. All'incontro non essendo lecito a qualsisia persona particolare usare
della preeminenza e distinzione &c pretende D.a Baronessa &c specialmente nelle Chiese
Cathedrali &c che però &c sarà V.S. intendere e principalmente al Barone suo marito &c non
pongano &c sedia e Cuscini &c essendo intesi in giustizia &c haveranno ragioni di al-
legare in contrario. Dio guardi a V.S. molt'anni. Barcellona 19: 8bre 1711: Francesco
Gaetano d'Aragona = Ill.re D.r Liberato Lamo de Spinosa = Ed acciocche sia a tutti noto
&c d.a Cra sia in mio potere nel nome suddetto in giudizio e fuori fuori mi la presente di mia
propria mano con imprimervi il sigillo della d.a Molta Ill.re Curia in Vich 14 Aprile 1711.
= Marciano Lovet &c =

Noverint universi quod anno a Nativitate Dni 1711: Die vero 5. Mensis July
Gio: Molins Promotore fiscale della Curia Ecclesiastica della detta Città e Vescovado di Vich comparisce avan-
ti di V.S. e dice che per certi fini et effetti li conviene che sia ricevuta l'informazione sopra le seguenti
cose cioè = Che l'Illustri Marchesi de Rupit anno usato e si servono qualche volta della Sedia nella
Chiesa Cathedrale di Vich, in virtù di concessione fatta alli predetti Illustri Marchesi dall'Ill.re e

molto Reverendo Capitolo e Canonici della prefata Chiesa la quale informazione domanda e supplica
ecc sia ricevuta e quella assieme colla presente petizione continuata nelli registri della pnte Curia &
Molins Promotor Fiscalis die 5. July 1741:
Recipiatur informatio committendo & mandetur ut petimur et tradatur copia Partj petenti
Respec Vic: Gen: et Officialis &
Visore cuius quidem Provisionis per dnu Illum D. Vicarium Generale et Officiale superius facte, fuit per
Me Emanuele Comes Notarium et Scribam pre et infrascriptum Processum ad examinandum et recipiendum
testes subscriptos in et sub forma sequenti =
Die 5. Mensis July pred. anni 1741: &
Deposuit et iuravit testis sequens
A Rev: Doctor Josephus Rovira Presbyter in Sede Vicen Beneficiatus etatis sue prout ipse dixit 45. annorum
1. testis completorum testis &
Et qui Iuravit & = Dixit ere e verita il contenuto nella d. supplica ~~ere~~ cioè ere l'Illustre Marchese
de Rupit hanno usato ed usano in alcune occasioni dello stratto nella Chiesa della Cattedrale di
Vich e ere usano del d. stratto in virtù della concessione fatta alle med. dal prefato Ill. Capitolo
il ere dice sapere il Testamento per haverlo cosi sentito dire publicamente ed essere quanto si è
riferito molto publico e notorio etale è la publica voce e fama & =

Dictis die et anno &
B A. Lucianus Vagovia Presbyter S. Theologie Doctor in Sede Vicen Beneficiatus etatis sue prout ipse dixit
1. Testis 60. annorum completorum testis &
Et qui Iuravit & Dixit essere la verita tutto il contenuto nella d. supplica cioè ere l'Illustre Marchese
del Rupit anno usato ed usano in alcune occasioni dello stratto nella pred. Chiesa Cattedrale di Vich per
Usano avelo cosi creduto essere le sudd. Marchese del d. stratto in virtù della concessione fatta alle medesime dal
prefato Ill. Capitolo il ere dice sapere il rettimento per haverlo cosi sentito dire publicamente da varie
e differenti persone degne di tutta la fede e cred. et signanter da uno delli Capitolari della med.
S. Chiesa Cattedrale ed essere tutto il di sopra riferito publico e notorio, e tale la publica voce e
fama &

Dictis die et anno &
C Reverendus Joannes Casals Presbyter S. T. D. in Sede Vicen Beneficiatus etatis sue prout ipse
B Testis dixit 73: annorum completorum testis &
Et qui Iuravit & = Dixit essere et deposuit ut s. = excepto quod de verbo je balla linea do

---

Vicen Pro Eminentiarum &

1. Eme: et Rme: Dne: Ab immemorabili tempore seculi meram adeo longe excedente ut de illius initio
nullo exter memoria nobilissima familia Villa de manij, et in illius Majoratu Successores quales hodie
sunt Excellentissimi DD. Marchiones de Rupit Principales extiterunt et existunt in quieta et pacifica
possessione retinendi in Civitate Cathedali Sedem gulvinar et Sapere, videntibus scientibusque nunquam
reclamantibus Episcopis pro tempore et Capitulo Vicen prout de ipso immemorabili usu et consue-
tudine amplissimum testimonium per liberos Septem testes de anno 1711: examinati.
1: Sed non obstante huiusmodi immemorabili et nunquam controverso consuetudine motus Rmus Episcopus
nescimus quo ventus motus quemadmodum alias quamplurimas suscitavit lites contra Rmum Capitulum
ad reverentiam illius inveterate consuetudinis ita hanc quoque evertere curavit ad quem finem medi-
ante suo Promotore Fiscali de mense Decembris anni elapsi recursum habuit ad hanc Sacram Congre-
gationem eique affectate imo minus sedulice exposuit. quod tunc primum nempe die 8: Augusti eius-
dem anni attentatum fuerit apponere in dicta Civitate inter Chorum et Presbyterium Sedile cum brachijs
Gulvinar et Sapere pro Excellentissima Marchionissa de Rupit eique asserendo actum fuisse exqui-
dam concessione Capituli alia circa insubsistantia parum laudabiliter narravit inserendo huiusmodi
Eve Eminentia imposterum pro Liberis DD. Principalibus nec non aeviter Capitulo precipi ut simi-
lia concedere non auderet. Sum: nº 1:
3. Resumpsit de more hec Sacra Congregatio Expo pro informatione auditis interessum habentibus sed Capitu-
lum citatum ad deducendum sua iura coram Expo expresse protestatum fuit se nullum habere interesse
in huiusmodi controversia et proprerea non intendere ulla figura facere in hoc litigio nec pro nec con-
tra Promotorem Fiscalem ut latius in sum: nº 2: DD. Marchionem vero allegavisse tam proprias
quam suorum Predecessorum ab immemorabili tempore inveterata et pacifica possessione in usu huius-
modi privilegiorum et ad illius normam petierunt manutentionem in hac possessione ut in Sum: nº 3.
4: Transmisit subinde Expus sua informatione ad hanc Sacram Congregationem. Ad Excellentissimi
Principales nescientes quod cognitio et decisio huius controversie utpote dependens a prescriptione
immemorabili possessionis in qua ipsi eorumque Predecessores extiterunt atque existunt
ipsorum per necesse exigit Judiciale compilationem formalis processus, inceperunt in circo coram
R. P. D. Auditore Sanctissimi pro remissione huius Cause ad Sacrum Tribunal Rote cui iuxta
celebre decretum Sanc: mem: Innocentij XII: dt: in eius Bullar: editum super declaratione

Constitutionis fel: rec: Sanc: me: Sixti V. non sint cognoscende ac Judicande in Sac: Congregationibus
causæ, ubi probationes citatis Partibus et per Literas compulsoriales, et remissoriales fieri
observetur ut pote requirentes ordines Judiciarios.

6. Causa enim procul dubio decidende ortus esset in Sac: Rota, quia hæc est de illis causis, quæ
contentiosæ sunt et a contentiosarum causarum Labore Summus Pontifex Innocentius Xtus
vare voluit. Sac: Congregationes ut in dicto eius decreto 71. § 1.° et 2.° declaravit ibi. Causæ autem
contentiosæ et Ordines Judiciarios requirentes censuit esse omnes illas in quibus necessarius
est processus Judicialis aut fieri debent probationes per partes citatas. Sive mediante
examine testium in Curia sive mediante Juris et Instrumentorum productione
Sive mediante expeditione Literarum remissorialium vel compulsorialium
Sublata ideirco eadem Sac: Congregationibus earumque Prefectis et Secretariis omnibus
que aliis facultate, quod si secus a prim decreto factum fuerit omnia acta resolutiones
ac decreta sint ipso Jure nulla perinde ac si non emanassent

5. Questo va primo = Sed dum hactenus pendebant coram pro R.P.D. Auditore Sanctissimi huius in-
stantiæ cum pars Adversa precipitanter et ex abrupto intimaverit causæ propositionem
illamque in consueto Folio describi fecerit cogimur propterea supplicare SS. V. pro con-
grua dilatione saltem ad primam post proximam Congregationem, et tuto exaudiri confidimus
ex infra deducendis prout humillime exoramus.

7. Quapropter cum huiusmodi decreto nunquam fuerit abrogatum inde facile est dijudicare quod sub optimo
præsidio instabamus ut causa remitteretur ad Sac: Rotam; Cum autem hactenus decretum pro hu-
iusmodi remissione obtinere requiverimus inde fit quod causa remaneat indefensa ex adversa
et nimia properatione partis adverse quæ nostram diu detinuit. Quia non potuerant formales
probationes in partibus committi dum adhuc incertum erat ex auctoritate cuiusnam Tribunalis
huius Sac: Congregationis an: Sac: Rotæ ille faciendo essent

8. Et quamvis ex adverso dici posset quod circa finem mensis Augusti nov: infrantis pro remis-
sione causæ recta fuit ad R.P.D. Auditorem Sanctissimi, ni Relatio cum subinde necesse fuerit de
hoc notitiam dare DD. Principalibus in partibus, et ab eis expectare responsum eorum-
que mandata pro causæ prosecutione hoc interim tempore nihil agi potuit itaque simus
absque necessariis probationibus. unde si hic et nunc instrare deberemus apud Eminum Ponen-
tem ut judicem in partibus deligeret coram quo examinandi queant testes ad probandam immemora-
bilem in qua fundatur DD. Principalium intentio, quique Judex delegatus assistat Instru-
mentorum et documentorum extractioni, iam de plano dilatio concedenda est. Alias causa re-
solvetur absque debitis probationibus, et consequenter minus legitime. Cum quod statuitur
omnibus partibus non auditis tale dicatur in Jure ut in cap.° 1.° de caus. Possess. et proprietat:
leg: de unoquoque ff. de re Judic: Rota coram Lancett: decis. 138: n.° 3. et præcise de Sanctis
Congregationibus Card. de Luc: in Relat: Rom. Cur. disc. 16. n.° 19.

9. Unde cum probationes angustiande non sint Rot: dec: 270: n.° 2. et 14: par. 18: Rec: et cur.
Lancett. decis. 76. n.° 4: Ideirco merito confidimus obtinere dilationem pro qua supplica-
mus ne causa indefensa decidat. Tanto magis quia vel est de modica dilatione quæ nul-
lam parti adverse causat præjudicium dum interea DD. Principales degunt Barii Rotæ
et sic requiritur meri ullius inconvenientis in quibus terminis eo facilius conceditur dilatio
Rot: decis. 246. n.° 5. par. 6. decis. 5. n.° 3. par. 16. vers. Imo verum hic in causa extra Provin-
cia et ultra montes dilatio ad prosecutionem, et ad parandas probationes debetur esse congruam
et cum termino sex mensium ut rotando statuitur in leg. 1. Cod. de dilat. et per eadem verba
in Jure Canonico in cap. 4: quæst. 3. de dilat. ubi Glos. et communiter reperentes. at tan-
tus est defensionis favor ut dilatio detur etiam licet Collitigans alias habuisset alia dilatione
et longiori tempore indigeret ad defensiones et probationes parandas quo casu 3. mensium
a Jure indulgeretur ut est dext. expressum in l. Jubemus cod. de Judic. =

Quam etc. Josephus Branca.

Mirum fortasse, imò eximiæ, pervetustæque gloriæ, quam Familia de Bournoville ex Marchionibus de Rupit, præclarissimis rebus tùm plurimis, tùm maximis gestis domi, forisque, tàm in administranda Republica, quàm in re bellica sibi comparavit, ignominiosum videretur, si moderni Marchiones ea negligerent jura, et honorificas prærogativas, quæ à suis majoribus in ipsos derivarunt; quapropter cùm recenter sub die 9 Decembris anni præteriti ex vi cujusdam iniustissimæ, ac prægravantis resolutionis Congregationis Eminentissimorum Cardinalium super SS. Ritibus deputatæ, enormiter læsi extiterint, ipsos spoliando præheminentia retinendi in Cathedrali Ecclesia Vicensi sedem cum brachiis, pulvinari, et tapete, proindeque nè talem suo honori maculam inuri negligenter papiantur, momenta rationum, quibus ipsi Marchiones suffulti sunt, et intollerabile à præfata Congregone sibi illatum gravamen publici juris efficere existimarunt.

Nemini profectò in Principatu Cathaloniæ ignota est antiquissima nobilitas Familiæ de Vilademanij, universoque Populo Vicensi æquè innotescit quieta, pacifica, et nunquàm interrupta possessio, qua ab immemorabili tempore, et per plura sæcula eadem Familia, et posì eam Marchiones de Rupit, qua legitimi Successores in illius conspicuò Majoratu gavisi fuerunt, retinendi nempè intùs Ecclesiam Cathedralem intèr Chorum, et Præsbyterium in ea tamèn Ecclesiæ parte, ubi reliquæ Mulieres tàm nobiles, quàm inferioris, et infimæ Conditionis sistunt, sedem cum brachiis, pulvinari, et Tapete. Istius insignis prærogativæ usum viderunt, sciverunt, nèc unquàm abolere tentarunt vel quot Episcopi Vicensem Mytram obtinerunt, vèl Capitulum in tàm diuturni temporis intercapedine.

Hoc tamèn in mentem cecidit Rmi moderni Episcopi, qui novitatis amator inveteratas suæ Ecclesiæ consuetudines extirpare procurans, quemadmodùm ad hunc effectum plures lites adversùs suum Capitulum, exitu tamèn parùm felici, excitavit, ità pari spiritu motus, hanc antiquissimam, insignemque prærogativam Marchionum de Rupit evertere non dubitavit; Ad hunc ergo finem assequendum, mediante opera Promotoris Fiscalis suæ Curiæ de anno 1340. recursum habuit ad præfatam Congregationem Ritvum, eique affectatè, imò minùs veridicè narravit, quod accedere volens Episcopus sub die 18. Augusti ad Ecclesiam, ut Processioni, sacrisque Functionibus interesset, debuit desistere, nè suam Dignitatem, ac jurisdictionem ludibrio exponeret, quià d. Sedile cum brachiis, Pulvinari, et Tapete intèr Chorum, et Presbyterium pro quadam nobili muliere fuerat locatum, quodque id ipsum in absentia Episcopi aliis vicibus in præteritum actum fuerat, quià hanc facultatem Capitulum ei indulxerat in æmulationem sui Præsulis, vèl certè in remunerationem patrocinii, quod ejusdem Ascendentes præstiterunt Capitulo contra Episcopum.

Petiitque idem Promotor sub hujusmodi falsissima rerum expositione, ut prohiberetur d. nobili Mulieri, ejusque sponso usus istius præheminentiæ non minus intèr Chorum, et Præsbyterium, quàm in alia qualibet Ecclesiæ parte, et Capitulo, nè similia amplius concederet Indulta, sub pœnâ Interdicti præciperetur.

È conspectu istius recursus mandavit Sac: Congregatio, quod Episcopus informaret, auditis Interesse habentibus. Capitulum profectò statim protestatum fuit, se nullum in hujusmodi Controversia habere Interesse, at unâ simul declaravit, nèc unquàm ab ipso Indultum à Promotore Fiscali calumniosè figuratum fuisse concessum, nèc recentem esse usum istius præheminentiæ, sed antiquissimum, et ab immemorabili tempore ab Episcopis permissum.

GOBIERNO DE ARAGON

Marchiones autèm allegarunt tàm propriam, quàm Suorum Prædecessorum in Majoratu Familiæ de Vilademany ab immemorabili tempore inveteratam, pacificamque possessionem in istarum Præheminentiarum usu, et ab hac possessione non deturbari, sed in ea conservari, ac manuteneri consentaneè petierunt.

Remisit Episcopus ad Sac: Congregationem Suam Informationem, qua non solùm tot manifesta mendacia in Recursu Promotoris Fiscalis contenta confirmare eum non pudvit, sed insupèr ad effectum meliùs supplantandi, et circumveniendi per falsam narrationem Emōs DD. Cardinales, qui ab ejus informatione veritatem detegere confidebant, alia plura, vèl æqualitèr falsa, vèl nimis æquivoca repræsentare non dedignatus est.

At quià in Decreto 71. Summi olim Pontificis Innocentii XII. edito supèr declaratione Constitutionis 74. Sa: Me: Sixti V., ità præscribitur in §. 1., et 2. = Causas autèm contentiosas, et ordinem judiciarium requirentes censvit esse omnes illas, in quibus necessarius est Processus judicialis, aùt fieri debent probationes, Parte citatâ, sivè mediante examine Testium in Curia, sivè mediante jurium, et Instrumentorum productione, sivè mediante expeditione Literarum Remissorialium, vèl Compulsorialium, sublata idcircò eisdem Sac: Congregationibus, earumque Præfectis, et Secretariis, omnibusque aliis facultate, quod si secùs à præsenti Decreto factum fuerit, omnia acta, resolutiones, ac decreta sint ipso jure nulla, perindè acsi non emanassent.

Idcircò Agentes, ac Defensores à Marchionibus in Romana Curia constituti, statim insteterunt, ut istius controversiæ Decisio ad Sac: Rotæ Tribunal remitteretur; Et meritò, quià cùm punctus decidendus à probatione immemorabilis unicè dependeret, consequentèr Causa erat contentiosa, et Ordinem necessariu requirens, nàm probationes supèr ipsa immemorabili, nempè examina Testium fieri debebant, citata Parte, et mediante expeditione Literarum Remissorialium, et Compulsorialium; Itaùt facultate decidendi, quam Pontifex ei substulit, Sac: Congregatio omninò carebat, iuxtà præscriptum relati Pontificii Decreti, quod nunquàm ab ullo Pontifice fuit abrogatum.

Sed dùm instabant Defensores Marchionum pro Causæ ad Sac: Rotam Remissione, Promotor Fiscalis nimis callida præcipitantia operatus est, ut punctus quæstionis in Sac: Congregatione proponeretur, ac resolveretur, prout sub die 9. Decembris elapsi anni fuit resoluta, iniustissimè spoliando Marchiones hoc jure honorifico, ac prærogativa à suis majoribus possessa à tempore adeò immemorabili, quod longè excedit elapsi sæculi metam, et nulla existit hominum memoria, quæ de initio valeat recordari.

At quibus mediis hanc turpem victoriam assecutus fuit Promotor Fiscalis? Pudendum dictu! Decepti siquidèm fuere Emi Cardinales, ~~jam~~ nàm judicarunt ad

ad normam Mendacis recursus ejusdem Promotoris, ad normam narratorum ab Episcopo minùs veridicè in sua Informatione, ad normam demùm calumniosæ cujusdam allegationis, seù insulsæ Declamationis potiùs à Nicolao quodam Cuccovillo Advocato, et Jo: Philippo de Lippis nomine Promotoris Fiscalis compositæ, in qua plura ad opportunitatem mendacia figurarunt, plures irrelevantissimæ in jure congeruntur conclusiones, pluraque tandèm in dedecus, et contemptum nobilissimæ Marchionum Familiæ temere evomentur; Nèc Defensores Marchionum ea refellere, ac judicantium mentes illuminare poterant (quid enim poterant destituti omni probationum genere?) Sed facti seriem veridicè exponentes in allegatione eorum nomine datam, brevem ad necessarias parandas probationes sibi concedi dilationem, unâque simùl Literas compulsoriales, ac remissoriales decerni prò examinandis Testibus, et extraendis opportunis Instrumentorum copiis efflagitarunt.

Verùm Emi DD. Cardinales quæ narrata, et allegata fuerunt nomine Promotoris Fiscalis fide adeò cæca secuti sunt, ut inauditis, atque indefensis Marchionibus non licere Marchionissæ de Rupit in Ecclesia Cathedrali Vicensi uti strato, et sedili cum brachiis, et pulvinari, et tapete, etiamsi adesset consuetudo immemorabilis, causamque amplius proponi non posse resolvere non dubitaverint.

Quàm iniustum sit hoc Decretum sanè dicere non est opus, quià nulla potest arte colorari. Iniustissimum siquidem est, quià nullomodo auditæ, nèc propositæ fuerunt rationes Marchionum; Leges autèm tàm Pontificiæ, quàm Civiles abhorrent hoc genus judicandi, ut declarat S. Pontifex Gregorius magnus in Cap. Pmo de Caus. Possess. et Propriet., ubi ajt = Neque nos contra inauditam partem quidquam possumus definire = Si autèm Papa hoc non posse facere disertè profitetur, nùm id licitum erit S. Congregationi Cardinalium? Absit profectò; Hæc enim illimitata facultas non legitur in Bulla Erectionis d. Sac. Congregationis, et stylo Curiæ Romanæ contraria est, ut testatur Card. de Luc: in relat: Roman: Cur: disc: 16. n.o 19., contraria quoque est dispositioni juris, ut in L. De unoquoque, ff. de re judic.

Quare concludere oportet, quod huoi Decretum spoliativum dicendum sit, ubi enim Judices injustè contra præscriptum Legum pronunciant, procedere dicuntur de facto, spoliativè, et uti privatæ Personæ, quemadmodum observant Argel. de Legit. Contradict: quæst: 3. art: 3. n.o 144., Posth. de subhast: inspect: 58. n.o 110., et 113; Altograd. consil: 2. n.o 54. lib: 2., Molin: dec: rot: Roman: 3m. n.o 3. et dec: 955. n.o 19.: Nèc potest habere præsumptionem pro se, quam regulariter habent; Quià omnis præsumptio cessat, ubi constat de veritate in contrarium, quod videlicèt Marchiones non fuerunt auditi, ut ponderant Menoch. de Arbitr: cas: 432., Honded. consil. 32. num: 11. lib. 1., et consil. 33.

GOBIERNO DE ARAGON

num: 15. lib: 2. Actolin: resolut: forens. 19. num: 16.

Iniustissimum pariter est d. Decretum, quia fundatur in tot falsis suppositionibus, quot figuratae fuerunt à Promotore Fiscali in suo recursu, à Rmo Episcopo in sua Informatione, et ab illorum Defensoribus in sua allegatione, prout inferius demonstrabuntur; In hisce namque terminis decretum dicitur subreptitium, et uti tale injustum est, Simoncell. de Decret: lib. 1. tit: 1. num: 29. et lib. 3. tit: 3. num: 48.; Neque enim supremus Princeps laedit jus Tertii, nisi cum legitima causa bene cognita, atque discussa, vel cum ejusdem tertii consensu, Card. de Luc: de regal. disc: 4. n.o 10., Molin: dec: 806. n.o 35., et seqq.; Unde cum Sac: Congregatio privaverit Marchiones jure adeò antiquo, et honorifico ipsis competente super mendacibus repraesentationibus, ejus Decretum acsi non emanasset, habendum est. L. 4. §. Condemnatum, ff. de re judic.; Surd. cons: 61. n.o 74., Jov: de solemnit: in Contract: minor. gloss. 22. §. 2. n.o 88., et dicitur ipso jure nullum, L. Cum verò, §. Subventum, ff. de Fideicom: libert.; L. Magis puto, §. Si es alienum, ff. de reb. eor. qui sub tut.; Felin: in Cap. inter caeteros n.o 5. de sent.; conclus. 3 n.o 3., quia ubi Judices facti veritatem ignorarunt, intelligitur non fecisse, quod egerunt, L. Si is ad quem, et L. Pupillus, ff. de aquir. haered.; Simoncell. de Decret: lib: 3. tit: 3. n.o 49.

Iniustissimum demum est d. Decretum, quia expresse derogat immemorabili, qua muniti sunt Marchiones; Immemorabilis sane possessio, et consuetudo, cuilibet notum est, quod tribuat titulum meliorem, validiorem, et magis proficuum Cap: 1. de Consuet: in 6., et Cap: super quibusdam 26. §. Praetereà, et ibi Gloss. vers. non extat memoria de verb. signific.; cap. 1. de Decim.; ibique Gloss. verb. In aliquibus, vers. quia Clerici, Roland. cons. 66. n.o 4. lib: 2., Menoch: de praesumpt: lib: 3. praesumpt: 171. n.o 44., Valenzuel. cons: 33. n.o 5., et 8. lib. 1., ita ut ipsa sola praebeat juris assistentiam, Menoch: cons: 176. n.o 74. in fin:, Gratian. discept. forens. cap: 845. n.o 4., Piton. de controv: Patron: alleg: 59. n.o 48.; et ejus vigore potest allegari Privilegium Aplicum, Concordia cum Episcopis à Papa confirmata sine necessitate illa exhibendi Gratian: discept: forens. cap: 12. n.o 74.; Castill. controv: jur. lib: 6. cap: 3. n.o 6., et plur: seqq., Pignatell. consult: Canon: 76. n.o 18.; Trobat. de effect: immemor. q.e 13. n.o 56., Valenzuel. cons: 33. n.o 3. lib. 1., et cons. 184. n.o 10. lib: 2., Navarr: cons. 15. n.o 4. de regul., et cons: 3. n.o 2. de Cens. lib: 3., pactum in ipsius Ecclesiae fundatione, imò jus patronatus ex fundatione, ac dotatione, Gabriel. cons. 197. n.o 4., et 10., et cons: 198. n.o 5. lib: 2.; Dec. cons. 134. n.o 4. in fin.; Piton. de controv: Patron: alleg: 58. n.o 6.; Et solemnes sententias judiciales in auctoritatem rei judicatae transactas, ut ajt recens decis. S. Rotae cor: Rmo P. D. Calcagnino Decano in vicen. manutentionis 2. Julii 1738. §. 8.; Et demum quaecumque possibilia privilegia, Peregrin. de Jur. Fisc: lib: 1. tit: 2. num: 61.

Imò, quod potentius est, iste titulus ex vi immemorabilis praesumptus, suffragatur nedum

GOBIERNO DE ARAGON

nedùm contra Episcopum, verùm etiàm contra ipsam Ecclesiam Romanam, et contra Papam ut docent Castill: controv: jur. lib. 1. cap: 3. n.º 6; et seqq; Fontanell. dec: 586. n.º 9; Felin: in Cap: ad audientiam n.º 11. vers. amplia quarto de præscr:; Ex illa ratione, quià, ut diximus, tanti temporis cursus præsumere facit Privilegium Pontificium; Et possessio immemorabilis habet eamdem potentiam, quam habent Papa, Rex, et Imperator cum causa, Castill. contr: Jur. lib: 6. cap: 3. n.º 7. in fin. et sub n.º 11. vers. Quin'imo causa, Isern: in cap: 1; verb. Flumina publica circa fin: num: 8; vers. Hæc videntur contraria quæ sint Regal, Gratian: discept. forens. cap: 1. n.º 14; Gonzal. super Regul: 8. Cancell. gloss: 33. n.º 4.

Verùm iste titulus adeò efficax, atque validus nullo pacto attendi promervit apud Emos Cardinales Sac: Congregationis, qui decreverunt non licere Marchionibus usum istius honorificæ prærogativæ, etiamsi adesset consuetudo immemorabilis, atque ità vulnerarunt, et conculcarunt titulum sic venerabilem, qui regulariter est exemptus à qualibet Constitutione, et Decreto. Jas. in L. quamvis col: 6. n.º 41; vers. Tertia ratio, ff. de Flumin:; Roland. cons. 89. n.º 17. lib: 1; et cons. 59. n.º 16; et 18. lib. 4; Mascard. de probat: p.e 3. conclus. 1221. n.º 54; et seq; Gratian: discept. forens. cap: 1. n.º 13; Germon: de Indult: §. Etiàm ex eo n.º 16; et 17; Felin. in Rubr: de præscript: n.º 18; Imò prævalet ipsis Legibus, et Constitutionibus Geminian. cons. 139. n.º 3; Bald. cons. 152. in fin: lib: 1; Nàm in ijs, quæ non tangunt articulos fidei Catholicæ, suffragatur etiàm contra expressas Constitutiones Apostolicas, et contra Concilium Tridentinum, Frass. de Patron: Reg. Indiar. cap. 31. n.º 34; Bordon: Oper. variar: tit: de privil. for. Cleric: non benef. cap: 6. n.º 35; Pilaj dec. Pontif. 1. n.º 144; Begn: de Benef. tit: Quib. Leg. sint Benef. impetr: cap: 4. n.º 114; Undè eo magis apparet exorbitantia, et iniustitia d. Decreti, quià immemorabilis abrogationem, quam Papa declarat ex defectu voluntatis nunquàm facere in præjudicium juris tertio quæsiti, ut supra probavimus. Inferiores fecerunt, quod ipsi facere prohibentur ex defectu potestatis, ut dicunt Lambertin: de Jurep. lib: 3. q.e 6. art: 1. n.º 1; vers. Quod quando Piton: de controv: Patron. alleg: 43. n.º 65; vers. Imò si ipse.

At videamus modò quibus motivis Promotor Fiscalis consecutus fuit istam victoriam, et deprehendemus mille mendacia in narratione facti, et totidem irrelevantias in allegatione jurium; figurat n.º 1; quod invalvit rumor, quod homo quidam agnominatus Villademanij obtinuerit à Capitulo facultatem istius prærogativæ, quià illud protexerat contra Episcopum. Verus quidem rumor est, imò rumor vanus, rumor mendax, qui non probatur, nisi ex ipsomet recursu Promotoris Fiscalis, ex voluntaria assertione Rmi Episcopi, et trium Beneficiatorum Ecclesiæ Vicensis, nempè D. Josephi Rovita, D. Luciani Vagoria, et D. Joannis Casals, qui privatim, et sine interpellatione Marchionum deposuerunt ad illius libitum. Verùm quis admittet probationem adeò imperfectam? Et eo magis admitti non potest, quià Capitulum solemniter declaravit contrarium, dicendo = Quod malè, et indebitè processit Promotor Fiscalis precibus porrectis Sac: Congregoni, exponendo Illrem D. Mar=

GOBIERNO DE ARAGON

chionissam de Rupit habere facultatem per Capitulum Vicen. concessam, adhocut in Ecclesia occupare possit Sedile cum brachiis, Pulvinari, et Tapete, cum de simili concessione non appareat, sicque D. Promotor Fiscalis parum verius exponit talem Concessionem factam esse ad æmulationem Episcopi, malitiosè ità procedendo, et calumniando Capitulum = Et hoc idem deponit in sua jurata Certificatione D. Hyacinthus Alberch Archiviarius publici Archivii præfati Capituli, qui perquisitis illius veteribus, ac recentibus Scripturis, et Libris ad hunc effectum, sub juramento deponit nihil inveniri de somnio istius figuratæ Concessionis.

Hisce documentis num contraponi merentur dicti tres Testes? Num possunt isti illis prævalere, et habere majorem fidem? Hoc nemo dixerit, prout nemo laudabit illam expressionem Homo quidam cognominatus Vilademanij; Si enim Defensores Promotoris Fiscalis sciebant antiquam, generosamque nobilitatem d. Familiæ, quam occultare etiam studuit idem Promotor Fiscalis in suo recursu, quæ usque de tempore Imperatoris Caroli magni pollebat titulo Varvessoris, Magnatitio inter Equites, et Duces Gotholanos, ut testantur Historici; At saltem credere debebant, quod hæc fuit familia valdè nobilis, et conspicua, dum non dedignata fuit matrimonia cum ipsa contrahere, succedere in illius Majoratu, et assumere ejus Cognomen illustris Familia de Bournonville, quæ nobilitatem, titulos, feudaque plurima non in Hyspania solum, et in Principatu Cathaloniæ, sed in Belgio etiam, et in Regno Franciæ possidet; Et propterea d.ª Familia de Villademanij cum non sit de vulgaribus, non debebat adeò temere, atque impudenter nominari.

Secunda falsitas narrata in eo stat, quod appictum fuit, quod anno 1322. occasione celebrandi Solemnitates in honorem S. Bernardi Calvi tota Civitas commota fuerat, quia Baronissa de Horchau intervenire meditabatur in suo Sedili cum brachiis, Strato, et Pulvinari, et propterea quia debebat quoque interesse magistratus d. Civitatis, Gubernator nomine Civitatis ad Exc.m D. Don Franciscum Cajetanum de Aragon tunc Gubernatorem Generalem Principatus Cataloniæ recursum habuit, qui ad occurrendum scandalis per suam Epistolam præfatæ Baronissæ prohibuit de ordine regio huoi præeminentiam, mandavitque, nè illa ampliùs imposterum uti auderet.

Hæc dicuntur in contraria allegatione num: 3. et 19.; Sed oh quot in huoi narratione appinguntur mendacia! In primis ubinam probatur asserta universalis commotio Civitatis? De hac nec constat, nec potest ullo modo constare.

Deindè æquè falsum est, quod Epistola ad Gubernatorem Principatus scripta fuerit nomine Civitatis; Solus enim Prætor consultivo modo scripsit, et quidem ex eo motivo, quod novus Magistratus per regium Edictum prohibitus est habere Stratum in Ecclesia, ut ex tenore Epistolæ deprimitur.

Ulteriùs falsissimum quoque est, quod Epistola responsiva Gubernatoris Generalis Prin-

GOBIERNO DE ARAGON

Principatus conscripta fuerit de Ordine Regio. Unde nam deducitur ass: Ordo Regius?
Et demum intollerabilis falsitas est, quod prætacta in Epistola ejusdem Gubernatoris prohibeatur Baronissæ usus istius prærogativæ, et mandetur, quod imposterum ea non utatur. Nulla enim in d. Epistola legitur prohibitio, et signanter in futurum, imò patet, quod hoc fuit quoddam temperamentum interinum, et pro illa circumstantia, dum præservavit Marchionibus jura sua in judicio deducenda, ubi justitia ipsis ministrabitur. Et de facto post d.m annum 1377., quoties Marchiones moram habuerunt in Civitate Vici, semper, publicè, et sine ulla Contradictione usi sunt dicta honorifica præeminentia, ut omnibus est notorium.

Narrat contraria allegatio num.o 4; quod die 18. Augusti 1340. in festo S. Augusti Episcopus solitus est celebrare in Pontificalibus, et à celebrando se abstinuit propter hanc suppositam indecentiam, et scandalum. Profectò aliquod motivum erat excogitandum à Promotore Fiscali, ut coloraret principium istius litis, et propterea hunc figuravit, nè illi dici posset: Quare prius non animadversisti hoc scandalum, quod modò vides, et prius non curasti, ut removeretur? Verum hoc emendicatum motivum pariter falsum est, quia Rmus Episcopus, ut quisque scit, nunquam solitus fuit celebrare in Pontificalibus. Et utinam celebraret in principalibus anni festivitatibus, cujusmodi sunt Natale Domini, Resurrectio Corpus Christi, Festum Divi Petri Apostoli Titularis d. Ecclesiæ, et aliæ, in quibus regulariter non videtur, quod in Pontificalibus celebret.

Ista sunt et certè nec pauca, nec levis ponderis mendacia, quibus Promothor Fiscalis circumvenijt, et decepit Emos DD. Cardinales; Rationes autem juris sunt æquè insubsistentes. Substinet itaque contraria allegatio num: 6; quod Lajci nequeant aquirere tales præeminentias, ac jus sedilis in Ecclesia ex beneficio longissimi temporis, quia vel est usus juris, et uti servitus non potest imponi in Ecclesia, vel est usus facti, et isto casu cum dependeat ab expressa, vel tacita permissione Rectoris Ecclesiæ, hæc semper potest revocari, nec præscriptionem inducit.

Vana hæc argumentatio statim deijcitur; Nam jus sedilis, aliaque jura, quæ in Ecclesia à Privatis acquiruntur, non quoad Dominium, sed quoad Ludum usum acquiruntur; Et sic servitutem nullam important, et beneficio temporis eodem modo, quo Juspatronatus, jus sepulturæ, aliaque huoi comparari queunt. Ità docent Jo: Andr: in Cap: abolenda n.o 2. de Sepult. Paris.

GOBIERNO DE ARAGON

conf. 149. num: 1, et seqq. lib. 1., Molin. de Primog. lib. 1. cap: 13. num: 34. in fin. Gratian. disept. for. cap. 110. num: 19., et cap: 110. num: 41, et seqq., et n.° 46. Giovagnon: cons: 8. à num: 1. usque ad 9. lib. 2., Lamberlin: de Jurepatr: lib. 1. part: 1. art: 18. quest: 11. num: 2..

Et id ipsum tuentur Doctores in d. contraria allegatione adducti à num: 6. Lignatell. consult: Canon: 48. tom: 3. Sic loquitur = An Saculares manutenendi sint in jure sedendi in suis Sedilibus, sive Sedibus positis in Ecclesia? Affirmative: nam licet Laici sint incapaces Spiritualium, nullumque habeant jus possidendi Sedilia in Ecclesia, imò Ordinarius possit illa de facto removere. Id autem procedit solum in principio appositionis ipsorum, non verò quando in Ecclesia permanserunt spatio alicuius temporis, Episcopo tolerante; tunc enim Episcopus citra injuriam nequit illa amovere, ut ex cumulatis per Gratian. sed illorum Domini manutenendi sunt, Giovagnon. Ex spatio quidque temporis presumitur concurisse tacita Licentia Episcopi, dum diu ipse toleravit. Rota dec: 188. p. part: 1. divers. Sufficitque tibulus decennalis ad prescribendum contra Episcopum presentem, scientem, ac tolerantem. Hinc quamvis Sac: Congregatio super Episcopis censuerit, quod Sedes esse non debeant in Ecclesia extra tempus Concionum, nisi fuerint Lapidea, vel etiam Lignea, ut in Sarzanensi 11. Novembris 1600. et 18. Februarii 1601. Sataemen in illis removendis, vel alterandis declaravit, quod non debeant permitti Novitates, ut in d.ª Achenentinâ 4. Junii 1605., in Ferrentina 8. Decembris 1648. & illaque removenda, que adeò Altari vicina sunt, ut celebrem impediant, ut in Nullius Castri Durantij 10. Novembris 1613. Antonell. de Loc. Legal. lib. 1. cap: 3. ità ajt = An, et quando Lajcus acquirere possit Locum, et jus Sedendi in Ecclesia. Respondeo, quod invito Episcopo Lajcus non potest, sed ex tolerantia, vel Licentia Episcopi, seu Ecclesiæ Rectoris tale jus acquirere potest non quoad Dominium, vel proprietatem, sed tantùm quoad usum & in hoc non requiritur expressus consensus Episcopi, sed sufficit tacitus, Vivian: de Jurepatr: lib. 3. cap: 5. n.° 55., Rota dec: 383. part: 1. divers. & in tali casu datur Lajco Interdictum uti possidetis pro conservatione suæ possessionis, quæ per unicum actum acquiritur, quia licet hoc jus ab initio sit gratiosum, tribuit tamen jus irrevocabile, Capl. Licet & Quare non potest Episcopus, sicut nec Rector Ecclesiæ Lajcis auferre huiusmodi jus, si ab initio passus est, eos habere, seu retinere Sedile in aliqua Ecclesiæ Loco &. Quod ubi Sedile removendum

GOBIERNO DE ARAGÓN

esset

esset ob commodum Ecclesiæ, eo casu collocari debet in alio ejusdem Ecclesiæ loco æquè digno.

Non dissentitur Card. de Luc: de Prehemin: disc: 73. n.º 4; quià ibi dicit solùm quod Prælati inferiores nequeunt concedere Lajcis istud Jus in perpetuum, sed solum ad tempus, et num: 5. sequendo Giovagnon: amplectitur opinionem comuniorem, quod ista Sedilia sint licita, stante Longi temporis possessione per hæc verba = De possessione, quam ab antiquissimo tempore habebat in Ecclesia Carpi nobilissima Familia Pia, ità retinendo aliquas reliquias antiqui Dominii Loci, undè plura concurrebant, quæ d.ª prætensionem probabilem reddebant; Primo nempè antiquitas temporis, quæ etiàm in facultativis est satis considerabilis, ut in Majoricen. Celebrationis missarum 28. Junii 1652., et 24. Januarij 1653., cor: Bichio d.º 186., et 380. part: 11. recen.

Pariterque Fross: de Reg: Patron: Indiar: tom: 2. cap: 93: n.º 13., Pilaj decis. Cathol. lib. 1. decis. 4., Corsiad. dec: 189. à n.º 6., et seqq., Romaguer. ad Constit: Synodal. Gerunden. lib. 3. tit: 14. cap: 2., quamvis allegati favore Promotoris Fiscalis, nihilominùs contrariam opinionem expressè tuentur, quod Lajci hoc jus acquirere possint ex longa possessione, quod ab ea non sint deturbandi; Si autèm Doctores, qui hic in partibus reperiuntur, erroneè deprehenduntur allegati, alii quoque eadem falsitate erunt allegati ex illo axiomate: Falsus in uno, falsus in omnibus. Et hic, falsus in pluribus, ergò indubitantiùs falsus in omnibus.

Inquit contr: alleg. n.º 3., quod multominùs liceat fœminis habere Sedilia distincta, et magis honorifica, sed unâ cum aliis debeant sedere; Verùm stat in contrarium auctoritas Fabr: in §. Aliumverò instit: de Bonor: possess; Perez de Annivers., et Capell. lib: 1. cap: 24. n.º 22., Gratian: discept. forens. cap: 220. num: 35., et seqq.; Nèc constitutio Synodalis Gerundensis ipsis adversatur; Primò quià illa habet locum in sua Diœcesi tantùm, nèc extendi potest ad istam. Secundo quià illa prohibet Sedilia imposterùm, sed non illa, quæ ex antiqua Consuetudine competunt, prò quibus prohibendis neque habebat facultatem illa Synodus, iuxtà relatas auctoritates. Et Pignatell. consult. canon: 3. n.º 6. tom: 3., qui allegatur à Promotore Fiscali, nihil omninò dicit de Mulieribus, sed loquendo de Magistratu Seculi, an locum habere queat in Præsbyterio, hoc negat, sed num: 11. admittit, quod possint, si habeant prò se quadragenariam cum titulo, vèl immemorabilem.

Argumentatur deindè contr: alleg. n.º 8. à Loco, et contendit minùs esse licitum Sedile intèr Chorum, et Præsbyterium, sed hic paritèr deprehenditur aliud maximum æquivocum; Nàm Sedile Marchionum non repositum est intrà Præsbyterium, sed in Plano Ecclesiæ intèr Præsbyterium, et Chorum, in Loco tamèn cæterarum Mulierum tàm nobilium, quàm popularium, absque eo

GOBIERNO DE ARAGON

quod dictum Sedile sic compositum impediat functionem ullam Ecclicam, nec impedimentum aliquod Ecclesiæ præbeat (sunt verba Capituli in comparitione facta super hac Controversia coram Rmo Episcopo) ubi ergò stat indecentia, ubi absurdum, ubi scandalum, si Marchionissa remanet in Loco cæterarum Mulierum.

Imò etiamsi esset intrà Præsbiterium, ut figuratur, adhuc tamen ex antiquissima possessione, qua fruuntur Marchiones, ista prærogativa omninò tolerari debebat, nec ea erant privandi Marchiones irrationabiliter, ut decidit Rot: coram R. P. D. Cerro in Calaguritana Præheminentiarum 1. Martij 1313. §. Absolutis, et seq. in favorem Illris Marchionis de Autol, ubi hæc ajt = Quandoquidem quoad utrumque habet pro se antiquissimam possessionem non controversam ab eodem Capitulo, cujus ideò ope meritò potuit perpetuam sibi manutentionem polliceri, ut de jure retinendi Sedile aliàs decisit Rota in Pampilonen. Præheminentiarum 3. Februarij 1300; et 3. Martij 1301. per tot: coram Rmo Dell'Olmo. Nec jus controverti poterat, ex quo unum et aliud retineatur intrà Præsbyterium. Præterquam quod enim, ubi, prout hic, concurrat intervallum longissimi temporis, nec vetita fuit retentio Sedilis, licet intrà Præsbyterium sub omnibus gradibus altaris à Rota in d.a Pampilonen; adhuc ruebat in totum ista exceptio, attenta mappa judicialiter confecta, quæ ostendit ultimos gradus Sedilis longè abesse ab Ara majori per sexdecim pedes, et Tumulum distare ab ijsdem gradibus per alios sex pedes, ut declaravit Peritus Architectus, qui mappam confecit, et concordant Testes inducti deponentes, sepulcrum impedimenti non esse, quominùs sacra possint solemniter celebrari; atque ideò non est, cur vetustissima ista, pacificaque possessio manuteneri non debeat.

Et licet magnus Cumulus Doctorum allegetur in contraria allegatione, omnes tamen erroneè allegantur; quia Rota in Pampilonen. Præheminentiarum 3. Februarij 1300. coram Dell'Olmo, ut modò vidimus, defendit sententiam Marchionibus favorabilem. In eadem sententia quoque sunt alii, qui in eodem num.o 8. d: alleg: contr: referuntur, nempè Franch. de Eccles: Cathedral. cap: 5., qui num: 48. sic ajt = In Lajcis benemeritis de Ecclesia, vel si probetur possessio immemorialis = Lotter. de re benef. lib. 1. q.e 13. n.o 13., limitat quoque regulam contrariam hoc casu, quo = Doceatur de quadragenaria cum titulo vel immemorabili, propter juris resistentiam, iuxta regulam = Pignatell. consult: Canon: tom: 3. consult: 3. n.o 10., eisdem adhæret per hæc verba = Ex eo nullum jus acquiri possit, nisi concurrat quadragenaria cum titulo vel immemorabilis = et consult: 16. n.o 5. tom: 4. sic dicit = Neque præscriptio, quia cum sit contra jus, ut dixi, requiritur, quod sit quadragenaria cum titulo vel immemorabilis = Ventrigl. in Prax. lib: 2. annot: 1. §. 4. loquitur de Patrono, et n.o 2., et n.o 9. dicit quod hæc honorificentia

ei

ei non debet negari. Et si hoc in Patrono, idem dicendum est in illo, qui ex vi immemorabilis potest allegare Patronatum, vel alium titulum, iuxta dicta superius. Panimoll. concordat cum aliis in dec: 1. annot: 11. n.º 33., ubi sic = limita stante immemorabili consuetudine retinendi sedem intra Præsbyterum, quia immemorabilis Consuetudo tribuit quodcumque privilegium = et n.º 40. hæc habet = huiusmodi sedis retentio intra Præsbyterium non est directè contra Ceremonialis dispositionem, dum expressè non prohibet huiusmodi sedis retentionem intra eumdem Præsbyterium; sed solum statuit, quod deceat Principibus Lajcis sedes ornatas plus, et minus pro gradus, et dignitatis qualitate habere extra Chorum; Undè cum d.ª prohibitio non sit per actum negativum, sed per modum affirmativum implicitam tantum negationem habentem, non ita Ceremoniale resistit, ut per immemorabilem Consuetudinem non possit acquiri jus retinendi sedem intra Præsbyterium, iuxta tradita per Rot: dec: 101. n.º 13. p.ᵉ 10. recen:

Nec obstat, quod in diversis casibus Sac: Congregatio strata, et pulvinaria negaverit Magistratibus, ut ajt contraria allegatio num: 10., et 11; Siquidem si Magistratus hanc prærogativam prætendebant ex vi suæ Dignitatis, hoc nihil habet commune cum bono jure Marchionum, qui non sunt innixi in titulo nobilitatis, quam Promotor Fiscalis (ut in sua allegat: n.º 12. dicit) non impugnat, neque admittit, sed sunt fundati in possessione immemorabili, quam nequaquam substulit vel Dispositio Ceremonialis, vel alia Constitutio, ut præter Panimoll. supra transcript: observat Gar: de Benef. p.ᵉ 3. cap: 2. §. 1. n.º 191:, et quidem etiamsi hæc Consuetudo esset illicita, quia adeò diuturni temporis lapsus illam licitam reddere valuit, ut ajt Capyc: Ladr. in decis. 181: n.º 19. lib: 2. verum hæc Consuetudo neque etiam illicita dici potest, quia sumus in Ecclesia Cathedrali; In illa enim quoque, quod observetur talis prærogativa Legitimis Possessoribus etiam absque titulo latè tuentur Jo: Andr: in cap: 3. de Consuetud. in 6., Menoch: consult: 126. n.º 3., Capyc: Latr: d. dec: 181: n.º 22.

Omitti autem poterant quæ latè congeruntur in d.ª contr.ia allegat: n.º 12., et seqq., quod in casu isto esset impossibile probare Legalitèr immemorabilem, quia ea probanda est ante Confirmationem d. Ceremonialis factam à Clemente 8.º anno 1600.; Hoc enim est vera vanitas, quia statim aè ostendi poterunt concordes depositiones Testium annosorum, qui deponant de visu per annos 40., et de auditu à suis Majoribus, qui paritèr ab aliis audiverint; aè de publica voce, et fama, et quod nec ipsi, nec majores contrarium viderint, vel audiverint, quis dubitet, quod immemorabilis non sit ritè probata, ut tradit Gloss: in Cap: 1. verb. memoria de præscript: in 6. Ulterius nonne possunt ad probandam immemorabilem adduci per Marchiones Scripturæ, quæ sint per Seculum, et ultra, vel per plures annos magis antiquæ, quam ipsum Ceremoniale. Et hæc quoque admittendæ sunt ad probandam immemorabilem.

Imò si Testes concluderent solum per 100. annos hoc nonne sufficit? Scimus enim, quod Centenaria habet eamdem vim, quam habet immemorabilis, Castill. controv: jur: lib: 6. cap: 116. n.º 30., Fontanell. decis. 117. n.º 19. et d.ᵉ 306.

GOBIERNO DE ARAGON

n.º 19. et n.º Valenzuel. cons: 39. n.º 181.. Etsi non constat de initio centenaria, habet etiàm majorem vim Card. de Luc: de alienat: disc: 3. n.º 13., Revérter. d.ª 83. n.º 3., et d.ª 318. n.º 4..

Concludere ergò ex his facile est, quòd d. Decretum Emorum Cardinalium sit omninò injustum, exorbitans, et irrationabile; nàm etsi mala esset consuetudo adeò antiqua, omninò erat saltèm per prudentiam toleranda, quia melius est, juxtà Decretum Celestini III. in Cap. Quod dilecti de Etat:, et Consanguinit; consuetudinem non inevertere, quam per ejus interruptionem novitate turbare, et dissentionibus, ac scandalis plebem movere, ut subdit S. Augustinus in Epist: 54. ad Inquisit: Januar: cap: 5. Iniuria namque afficiuntur manchiones, dùm sine causa, et demérito privantur prærogativâ adeò antiqua, et honorificâ, Antonell. de Loc: Legal. lib: 1. cap: 3. n.º 65; et quòd hanc injuriam propulsare queant Possessores hujùs prærogativarum etiàm armis se manutenendo in possessione sedendi, docent Menoch. cons: 901. n.º 33. lib: 10, Gration. disept: for: cap: 110. n.º 10; et cap: 110. n.º 58, Chassan. in Catal. Glor: Mund. p.ª 1. consid. 38. conclus: 19. circa fin., Coldub. in L. Si quis à Liber. in princ: n.º 33, et 34. de liber. agnosc; Cottia d. dec: 159: n.º 13., Cassij c: Latr: dec: 181: n.º 13, et 14. lib: 5.

Illme et Rme Dne

Syndicus ac Prior Illis Capituli Canonicorum Almæ Vicen. Ecclæ qui Suum exhibet posse ut Inseratur Compareret Coram Vestra Illma Dominatione Exponitque, et deducit quod Instante Promotore fiscali Curiæ Episcopalis Vicen. ex parte Illmæ Dominationis Vestræ uti Commissarii et executoris Apostolici fuerunt litteræ Cittatoriæ expeditæ et Suo Principali Notificatæ Continentes quattuor infra 30. dies Compareat per Suum legitimum Syndicum Coram Vestra Illma Dominatione, ad dicendum, allegandum, et deducendum, quidquid, et quantum Videbitur Oportunum Super expositis per Promotorem fiscalem Sacram Rituum Congreg. CC. Stæ Romanæ Ecclæ Cardinalium; Et etiam quod intra terminum 90. dierum Compareat Coram eadem Sac. Congre. ad deducendum de Suo jure, ut latius in dictis litteris Citatoriis introspicitur.

Præfatus Promotor Fiscalis Exponit Sac. Congreg. qualiter die Vigesima octava Augusti 1740. dum Vestra Illma Dominatio accessura erat ad Ecclesiam Cathedralem, relatum Sibi fuisse in ea existere duo Strata, unum in choro pro Illma Dominatione Vestra, et aliud cum sedili cum Brachiis, pulvinari et tapete inter Chorum, et Presbyterium ex Indulto, et Concessione Capituli pro quadam Nobili Muliere Uxore cujusdam titulati, idque Concessum fuisse in Signum, ut asserunt (Seu forte in æmulationem Sui Præsulis) remunerandi defensionem, et patrocinium, quod aliàs hujus ascendentes præstitissent ipsi Capitulo in Nonnullis Controversiis, quas tunc habebat Contra Episcopum, et propter hoc Supplicat Promotor fiscalis per Sac. Congreg. acriter præcipere Capitulo Sub pœna interdicti, et aliis benesis ne amplius audeat, et attentet Similes facere Concessiones, ut in Supra expressis Cittatoriis litteris efusius Continetur.

GOBIERNO DE ARAGON

Prælibatus igitur Syndicus respondendo prædictis litteris Cittatoriis exponit Illmæ Dom. Vræ quod non est de intensione Sui Illis Principalis partem aliquam facere in Controversia, ac disceptatione orta inter Promotorem fiscalem, et Illem Dnam Marchionissam de Rupit, Cum in præhabita Nova questione exposita per Promotorem fiscalem, de interesse Capituli Canonicorum Sanctæ Ecclæ Vicens Non agatur, Ideoque Manifestè depromitur, quod Malè et Indebitè processit dictus Promotor fiscalis in precibus porrectis Sac. Congreg. exponendo Illem Dnam Marchionissam de Rupit habere facultatem per Capitulum Vicens Concessam ad hoc ut in Ecclesia occupare possit Sedile Cum Brachiis, pulvinari, et tapete, Cum de Simili Concessione Non appareat, Sicque dictus Promotor fiscalis parum Cautus exponit talem Concessionem factam esse ad emulationem Episcopi, Malitiosè ita procedendo, et Calumniando Capitulum Instando Rigida præcepta absque eo quod Sac. Cong. Scientiæ et experientiæ Magistra Certiorata foret.

Nihilominus Præfatus Syndicus exprimit Illmæ Dom. Vræ quod Illis Marchionissa de Rupit Domina antiquissimæ et Nobilissimæ domus de Vilademanij hujus Civitatis, à tempore Immemoriali Visa est concurrente Illmo Dño Episcopo Vicens, et Capitulo habere in plano Ecclæ inter Presbyterium, et Chorum, in loco tamen Cæterarum Mulierum tam Nobilium, quàm Popularium, Unum Sedile Cum Brachiis pulvinari, et tapete, absque eo quod dictum Sedile sic Compositum impediat functionem Ullam Ecclesiasticam, Neque Impedimentum aliquod præbeat Ecclæ: Qua propter Nihil Mirum Si Capitulum Ecclæ Vicens die 28. Augusti 1740. explanata per Promotorem fiscalem obmutuit Videndo Sedile Cum pulvinari, et tapete pro dicta Dña Marchionissa, eo

GOBIERNO DE ARAGON

quia non ignorabat suam antiquissimam et Immemorabilem possessionem, atque adeo recedendo ab illa tam antiquata possessione hunc quidem fuisset inducere novitates, fovere discordias, et tandem surgia in Eccla, et civitate seminare.

Hæc sunt Illme ac me Domine quæ ex parte capitulj jam dicti exponenda visa sunt ad effectum citationj predictæ obtemperandi, reprimendique promotoris fiscalis libertatem, et ultimo tandem ut Illma Dominatio vestra instructam sac. cong. reddere possit, quod petit exprimit et exponit dictus syndicus omni meliori modo &c.

Altissimus &c.

Muy S.r mio. Respondiendo ala fauorecida de V.S.
16. passado ueho con ella, q. me da auiso hauer remi:
:tido alos Em.mos Belluga y Aquauiua el consabido
Manifiesto, escriuiendo al ultimo Mis.ra la Marquesa
para uer si habria forma de poderse uer la Causa,
y ser oidos, como parece toda institia y hauiendo consul
:tado esse punto con la Persona ala qual dicho Em.mo
de Aquauiua me embio para tratar essa dependentia
se me respondio, q. lo mejor seria hazer una protesta
a nombre de V.S. en el mejor modo se pueda appellan:
:dose de aquella resolution y en esta forma dar tiempo
al tiempo pues como el Em.mo Belluga passa la edad
de 81. años de muy poca salud faltando esse tan grande
Protector a este Ill.mo, speramos alomenos ser oidos,
He comunicado essa idea al P. Branca para establecer
el como se deue hazer essa protesta, y me ha dicho q.
practicara lo q. en otra ocasion se practico y fue
poner la protesta con toda estension serrada en manos
de un Notario, para abrirla a nuestra instantia asi
tiempo y tentar con ella lo que se pretende, y que:
:da a mi cargo sollicitar dicho Branca para la execution
y auisar a V.S. lo hauerse hecho, pues seria esponernos
a perder todo, queriendo tentar otra uez el uerse la
Causa en Cong.n pues sin dificultad dicha Cong.n con specia:
:lidad en puntos semejantes sigue en un todo el Voto del
dicho Em.mo Belluga, y assi es preciso, q. falte esse Voto
de tanto peso, y q. en todas maneras protege en un todo
los R.es Obispos, creyendo a quanto le escriuen

GOBIERNO DE ARAGON

81

Hè hablado a Mons.r Peralta sobre el mismo assumpto, y tambien es dela misma opinion y me dixo havia recebido el manifiesto, y q. le agradava mucho, y si a su tiempo se puede cometer la Causa en Rota seria el camino mas probable para salir con nuestro intento

Sirvase Vs. ponerme ala obra del S.r Can.o Alberch diziendole q. haviendo encontrado con bastante pena dos pares de guantes de lana de pez aunq. no los de seda afelpados por la parte de dentro como gustaba la S.ra Marquesa, por los quales era preciso recurrir en Napoles, no hallandose en esta Corte, teniendo al presente buena ocasion por el Canonigo Cellera de Urgel los hè entregado al dicho Canonigo y van dentro otra ropa que por el mismo Canonigo embio al S.r Canonigo D.n Fausto Antonio Duran por cuyas manos recebira la S.ra Marquesa dichos dos pares de guantes, y desseara encontrassen su gusto, como el de servir a Vs. en el interim q. Sup.co al S.r g.de los a.s le ruego. Roma 22: Setiembre 1741

B. L. m. de Vs. &c.

Su mas rendido serv.or

Jayme Brandia

S.r Marques del Rupit Bournonville / Vique

GOBIERNO DE ARAGON

Muy S.r mio. En cumplimiento de quanto tengo ofrecido a V.S. incluyo la copia dela protesta se hizo en el officio de Rota sigillada por parte de V.S. y Mis.ma la Marquesa afin de valernos de ella en tiempo mas proprio siguien:do assi el Consejo se me dio por parte del Em.mo Miny:tro

Por la quenta inclusa vera V.S. q. la quenta del S.r Branca llega a Escudos rom.s Cinquentados y Julios tres y medio q. unidos con lo demas q. he gastado por copias portes, y guantes hazen en todo Escudos rom.s Setenta y Julios dos, y resultando dela letra de doblones 15: libre en 1: Xbre 1741: escudos rom.s ochentados quedan a q.ta dela Agentia Escudos rom.s onze y Julios ocho, y V.S. dispondrá de ella como mejor le pareciera

Siento q. los Guantes entregue al Can.o Cellera se quedassen en Genova con toda su ropa, y queda prevenido mi amigo q. luego q. se presente buena ocasion los remita alos S.res dalmas y Cata y Piria de Bna quienes cuydaran passen en manos de V.S. a cuya disposition quedo rogando a Dios le g.de m.s a.s Roma y Henero 12: 1743:

B. L. M. de V.S.

Su mayor Serv.r

Jaime Brandia

S.r Marques de Rupit / Vique

GOBIERNO DE ARAGON

Laeter Antonium Camelly Nazpul. R. Collegiatae de numero 82

83

Nos Dn. Raymundus de Maximon Dei et Sanctae Sedis Aplicae gratia Vicenz. Episcopus Regiusq. Consiliarius &c. Commissarius et Exequtor à S. Sede Aplica spetialiter et expresse electus, nominatus, et deputatus. Illri. et Adm. Rdo. Capitulo Canonicorum nostrae Ecclae Cathedralis Vicenz. et Illri. Dn. Francisco Salvatori de Bournonville Marchioni de Rupit, ac Illri. Dnae Mariae Theresiae de Bournonville et de Ribera Marchionissa de Rupit ejus Uxori, et aliis forsan in actu praesentationis et notificationis praesentium nominandis, et cognominandis. Salutem in Dno. Noveritis quatenus die datae praesentium, et infrascripta comparens Promotor Fiscalis nrae Curiae Ecclae Vicenz. coram Notz. et Testibus nobis obtulit, et praesentavit quamdam Epistolam à Sacra Rit. Cong. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium expeditam, nobisque transmissam ac directam clausam, et sigillatam juxta Stylum dictae Sacrae Rit. Congregationis thenoris sequentis - Rdma Dne Vti Fr. super contentis in annexo supplici Libello, ex parte Promotoris Fiscalis istius Curiae Eglis Sacrae Rit. Congregationi porrecto, Eminentissimi Patres eidem Sacrae Congregationi Praepositi nihil decernendum esse duxerunt, quin prius ab amplitudine tua, auditis interesse habentibus, plenas recipiant informationes; quidquid significandum habebit ad ipsam

GOBIERNO DE ARAGON

Sacram Congregationem quam primum transmittat, ~~ut~~ ijsdem-
que ad deducendum jura sua in hac Sacra Congregatione
competentem terminum assignare ne desinat, diuque fœlix, et
incolumis vivat amplitudinis tuæ Romæ X. Decembris M.
D. C. C. XX. XX. Vti Fr. = f. t. A. Cardinalis Guadagni Pro Pref.
t. Patr.cha Hierosolim.us Secr.rius = Vicenz. Ep.o cum introclusis præcibus
ab eodem Promotore Fiscali ipsi Sacræ Congregationi porrectis in
hunc qui sequitur modum = Em.i, et R.mi D.ni = Promotor Fis-
calis Curiæ Ep.alis Vicenz. devotus Orator EE. VV. humiliter expo-
nit, qualiter die 28. Mensis Augusti anni 1740. dum Episcopus
Vicenz. accessurus erat ad Eccl.am Cathedralem pro interveniendo pro-
cessioni Missæque Conventuali, relatum sibi fuit, posita fuisse, et ades-
se in ea duo Strata, Vnum in Choro pro ipso Episcopo, et aliud cum
sedili cum brachijs, pulvinari, et Tapete inter Chorum, et Presbyte-
rium ex indulto, et concessione Capituli, pro quadam Nobili Mulie-
re Vxore cujusdam Titulati, idque in signum, vt asserunt (seu forte in
æmulationem sui Præsulis) remunerandi defensionem, et patrocinium,
quod alias hujus Ascendentes præstitissent ipsi Capitulo in nonnullis
Controversijs, quas tunc habebat contra Episcopum. Et licet potuisset
illicò idem Episcopus juris remedijs compescere hujusmodi attentatum,
consultius tamen putavit, ne manifesto ludibrio exponeret suam juris-
dictionem, et Dignitatem, hoc factum dissimulare, atque ea die se absti-
nere ab ingressu Ecclesiæ: Et quod in hac die, præsente Episcopo actum
fuit, pro certo dicitur evenisse quoque nonnullis alijs Vicibus in præ-
teritum dum Ep.us erat absens à Civitate. Ne igitur videatur adeò
monstruosa, et scandalosa novitas in Eccl.a Dei, idest Stratum cum
sedili, Pulvinari, et Tapete intra Cathedralem Ecclesiam pro Personis

GOBIERNO DE ARAGON

laicis, et quod turpius est pro Mulieribus; supplicat idem Orator
EE. VV. ut eo summo, quo pollet Zelo prohibeant præfatæ Nobili Mulieri
ac ejus Sponso sub pœnis EE. VV. benevisis, ne audeant in posterum
Stratum hoc, Sedile, Pulvinar, et Tapetum apponere inter Chorum,
et Presbyterium, nec in quacumque parte Ecclesiæ, et etiam Capitu-
lo acriter præcipere sub pœna interdicti, alijsque EE. VV. benevisis,
ne amplius audeat, et attentet similes facere concessiones cuicumque
Personæ = Quare § Petens ut omnia, quæ in dicta Epistola nobis in-
junguntur debitæ Exequtioni mandare dignaremur. Nos itaque
accepta dicta Epistola, cum introclusis precibus, illis quibus decet
reverentia, et honore Stæ Sedi Aplicæ præsentes expediri jussimus,
Quibus auctoritate Aplica prædictâ, et quâ fungimur in hac parte
Vobis omnibus, et singulis dicimus, et mandamus, quatenus infra
dies triginta â die præsentationis, seu notificationis præsentium
Vobis, et cuilibet vestrum faciendæ in antea continuè numerandos
per Vos, vel Vestrum legitimum Syndicum, et Procuratorem ad id
plenâ potestate suffultum compareatis coram Nobis, et in actis
nostri Notarij, et Scribæ assumpti infrascripti ad dicendum, dedu-
cendum, et allegandum quidquid, et quantum Vobis videbitur ad
finem, et effectum tantum, et non aliàs, ut super expositis, dictam
Sacram Rituum Congregationem instructam reddere valeamus; quod-
que infra terminum nonaginta dierum per vos, vel legitimum Syn-
dicum, seu Procuratorem vestrum coram eadem Sacra Congregatio-
ne ad deducendum de vestro jure, si quod vobis competit compare-
atis. aliàs dicto termino triginta dierum elapso, sive comparueritis
sive non ad eandem Sacram Congregationem transmittemus quid

GOBIERNO DE ARAGON

quid significandum eidem habebimus. Vestra absentia nu aliquo non obstante verum contumacia exigente. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem presentes fieri, et expediri jussimus manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro muniri. Datum Vici die vigesima octava Mensis Martij anno a Nat. Dom. millesimo septingentesimo quadragesimo primo.

Vich.

Molt Ill.e Señor.

Molt Señor Meu. Son las 10. horas del mati tocadas ara que eixim de tenir vna Conferencia, ab los S.ors Commissionats del Ill.e Cap.l y los Ass.ors de V.S.a, en la qual se ha tractat del modo, ab que dega manejarse la disputa suscitada en fet de estrado: Lo molt Ill.e Cap.l ha resolt no fer assi en Vich, ni en Roma part sobre lo assumpto, si vnicament compareixer coram Episcopo per fer vna relació com millor se puga en manifestació del bon dret de V.S.a, tot lo que ha aparegut molt be als Ass.ors, y considerám que no fer part lo Capitol, ne pot resultar benefici per lo bon logro de nostra pretensió. Estos señors tenen per convenient compareixer Jo en nom de V.S.as coram Episcopo, y deduhir simplement la immemorial possessió enramellant lo Ill.e de esta Casa omni meliori modo; peró en ninguna manera fer prova, ni per instruments, ni per testimonis, perque ab asso bastaria lo Ill.m pendrer noticias per com procehir en defensa de son empeño, segons veuria de nostra prova â mes de que los testim.s que en asso poden a favorirnos quasi es precis sian

Eccchs, Y pot V.Sa. Considerar lo difficil, ô impos:
sible de voler anar â deposar Contra Episcopum
devant del mateix Illm. puix se tée per cert q.e
si se presentan testim.s Voldrá lo mateix
Illm. esser hi present, â mes de que sobraria ha=
vent de esser devant del Nov. elegit, que es lo
propri de la Curia Episcopal: si cridam al:
gun home dels de distincció de esta Ciutat, tambe
se Nos excusará; Y si Ministrám algun home
ordinari se Nos glassará; Y tot asso, en cas de
haverse de fer prova, se pot remediar fent
venir Compulsorias de Roma, Y no hi haurá re:
paró, â lo menos tant gran, y evident com ara
en que los testim.s pugan ab tota llibertat de:
posar Coram Judice Compulsoriali; Essent,
com es innegable que no aprofitaria lo apor:
tar los testim.s las declaracions in Scriptis, puix
no los las rebrian, sens retirar lo paper, Y aixi
podria esta diligencia no aprofitar cosa, si da:
nyar per Molts Motius.
Tinch per cert que los Ass.ors se desempeñarán
ab ayre en esta importancia puix los veig
Entrar gustosos en la defensa de est empeño,
Y me consta han registrat los Bartulos, y Bal:
dos; Y estan en animo de Encarregarse de fer
y formar una Entera relació (si plau â V.S.a)
per remetrer â Roma per a que ab ella pugan
los ~~Ass.~~ Advocats Romans treballar lo Con:
venient.
Estos Ass.ors diumenge â la nit me remeter en la
inclusa pensant q.e Jo escriuria lo dilluns, lo que
no fiu, aguardant tenir primer la Junta ab
ells, y los S.rs Comissaris Capitulars; Y no havent los

GOBIERNO DE ARAGON

poguts juntar fins vuij, ho he retardat fins ara.

Los Mateixos Ass.ors me encarregan expressar sa atensió â V.S.a, y esperan que no estrañará V.S. el que no escriuhen vuij, puix la brevedat del temps no los permét la ocasió.

Lo Agent que lo Ill.e Capitol teë en Roma es D.n Jaijme Brandia Expedicioner resident en Roma, y aixi si V.S.a teë gust podrá ab mi S.ra La Marq.sa, ferli la procura, la qual solament ha de ser ad littes en la forma acostumada pro Romana Curia, y per çó no remeto forma, puix no sen necessita.

En interim que V.S. pendrá sa resolució per lo que assi dega executarse, anirem prenent la resolució que sia mes conforme al interés de V.S.a per aque al dilluns proxim, luego de arribat lo Correu se puga posar ma â la Obra, per qual effecte estaré aguardant sa Carta ab impaciencia, y aixi mateix en tot temps sos preceptes per credit de ma Obed.a Deug.de â V.S.a M.s a.s Compot, Jo des.o y he Men.r Vich, y Abril 20 de 1741.

Molt Ill.e Señor

B. L. M. de V.S.a

Son mes rendit Ser.dor

Feliu Saijól

La Rodalia remesa fa poch per lo fet de Montrodon, veja que ni ha altre si se trobará, y aquella fa tambe per lo fet de S.ta Eugenia. Cesso sobre est fet per no tenir temps.

Molt Ill.e S.r Marq.s de Rupit

#

Si Apar se podria insinuar los Motius en General per no subministrar Testimonis coram ipso Episcopo en punts de una causa en que dit Sr. Bisbe pretenu tractarse de perjudicis de sa propia dignitat.

se haurá de remetrer copia de la rupata se donia al bisbe, á roma

GOBIERNO DE ARAGON

Muy Amo y S.r mio. Participè a V.S. la contraria
resolution dela S. Cong.n de Ritos en el dia 9: de este
con el decreto = Non licere etiam si adsit immemorialis =
sin haver podido con todo el empeño del S.r Cardenal
Aquaviva mover Mons.r Auditor del Papa paraque
la Causa se remitiesse ala Rota por querer mantener
sus antecedentes decretos, y haverse empeñado la
Parte Contraria tanto enla deputation del Ponente
como enla distribution delas Escrituras alos Em.mos
Votantes, todo segun se puede creher afin q. fuesse
la Causa en estado de no poder retroceder dela Cong.n;
No se quiso atender al memorial se distribuyò, y
imprimiò por parte nuestra pidiendo la dilation,
y letras remissoriales para la prueba dela immemo:
rial pues como las Congnes defieren mucho al Ponen:
te, o Relador creyeron lo q. refiriò el Em.mo Bellugad,
y este Em.mo aquanto le ha escrito el S.r Obispo con:
sistiendo que siendo contraria nuestra pretention
al Ceremonial Romano no se deve atender qualquie:
ra prueba aunq. immemorial sirviendose del
exemplo del Virrey de Cataluña quando proibiò ala
S.ra el Estrado quando intervenia la Junta, Cir:
cunstantia q. sin duda alguna nos preiudica mucho,

GOBIERNO DE ARAGON

porq. reputandose la dignidad Episcopal por mayor q. la
Junta, dà toda la mano esta Suprema Curia a que no
sea Inferior en sus pretentiones a los demas; Incluyo co:
pia de la Escritura contraria, y nuestro Memorial, omitiendo
copiar parte del Summario de la Parte y nuestra por te:
nerlo V.S. pues en la contraria escritura falta la copia
de la Carta del Sr. obispo de la qual tiene V.S. copia distri
buyendose essa Carta a los Cardenales como a Vasa funda:
:mental de la prueba de su recta intention; En la nuestra
escritura se halla tambien el examen y prueba de nues:
:tros Testigos, que V.S. me remitio.

Yo bien considero q. es cosa fuerte condenar a una Parte
sin quasi oirla, como he representado a Monsr. Peralta
para q. se interpusiesse con el Emmo. Belluga, quien
me ha respondido q. su interposition con dicho Emmo.
no serviria de cosa alguna por verse el rumbo con el
qual lo ha tomado dicha Congn. a influxo del dicho Card:
:nal, Segun la instruction del Sr. Branca nuestro Abo:
:gado verà V.S. la poca speranza le queda en remo:
:ver la Congn. del dicho decreto aunq. se pruebe por parte
nuestra q. no todo lo q. refiere el Sr. obispo es el
Evangelio, porq. fixandose la Congn. en q. el principio de la
Concession no sea del todo subsistente, y q. obste al Cere:
:monial, con cierta probabilidad se puede temer, q. por
mas empeños ni razones se deduzgan, fundandonos en la
immemorial qual supone el mejor titulo del mundo, no
nos querràn attender, dandolo a comprender aquella

GOBIERNO DE ARAGON

93

circunstantia del decreto, etiam si adsit immemoriales, por cuyos motivos soy de opinion q. qualquiera diligentia y gasto sean inutiles. Sin embargo V.S. mandará lo de su agrado y en otra ocasion remitiré a V.S. la quenta del gasto se ha ofrecido, y no dudo me habrá favorecido dar la orden en q. se pague mi letra le libré en n. pas. de D.ns. de reales 4b. plata vieja a favor de los S.res Dalmasses Catta y Piria,

Quedo a la ob.a de V.S. quien ruego g. de Dios m.s a.s

Roma 23. Xbre 1741.

de Napoles no se me ha remitido carta alguna de empeño

B.l.m. de V.S.

su más rendido Serv.r

Jayme Brandia

Muy S.r Marques de Rupit y Bournonville | Vique

GOBIERNO DE ARAGON

Muy S.r mio. Respondiendo ala fauorecida de V.S. nn-
passado, digo quedar enterado de quanto V.S. me preuiene
por las letras intimadas por parte de esse S.r Obispo a Mi S.ra
la Marquesa, y a V.S., afin q.e su Casa, por hauer heredado
la de Vilademany, no continue en el goze del estrado en
essa Catedral, por lo que se ha acudido luego ala Cong.n
de Ritos afin que por parte del S.r Obispo o su Promotor
fiscal no se pueda hazer instantia alguna, ni proseguirla
sin que nuestro Abogado sea citado, hauiendo sabido, q.e
esse Ill.mo ha respondido y escrito a dicha Cong.n informandola
sobre esse punto, y por quanto he podido penetrar, dize en
ella, ser todo el espuesto del Promotor fiscal verdad, y q.e
essos R.es Canonigos dieron essa prerogatiua en ocasion q.e
los Ascendientes de Casa de Vilademany assistieron con
Gente de Armas a fauor de dichos Canonigos; que de poco
tiempo queriendo la dicha Heredera poner tambien el
estrado, concurriendo el Magistrado, o otra Persona seglar
por recurso hecho en Barcelona, se inibio ala S.ra q.e no
vsasse del Estrado. Siruase V.S. en tanto de essa noticia
en secreto, pues procurare en saberlo de fixo y de lograr copia
dela misma carta, si me sera posible, aunq.e sea reconociendo
la persona, que media en esso

Por parte nuestra se hara instantia en Tribunal Superior
exibiendose memorial con los motiuos nos assisten para q.e
se remita la Causa ala Rota, donde instando en esse Tri-
bunal la manutention, podriamos sperar se nos concediesse

COLEGIO DE ARAGON

95

por assistirnos la immemorial pues enlas Congregationes sin atender el Juizio possessorio, deciden desde luego sobre possessorio, y petitorio more Principis, sinque en sus decretos (que tienen fuerza de sententias sin appellation) alleguen los motiuos dela decision, tomando algun arbitrio afauor delos Prelados. Por el contrario la Rota iuzgando sin poder tomar arbitrio dà al publico los motiuos tuuo por la decision pudiendose appellar la Parte que subcumbiera hasta tres sententias conformes mudandose siempre los Votantes para gozar en essa forma el fruto dela appellation

No ay duda que hauiendo preuenido el iuizio el S.r Obispo, y tratarse de semejante materia (por cuya decision pretende tener la priuatiua dicha Cong.n) serà mas dificultoso declinar aquel Tribunal però porfin no pudiendose allegaremos el drecho nos asiste en la dicha Cong.n de Ritos y no queriendo atender alos Testigos examinados delante el Juez Seglar instaremos la compulsa paraq.e se haga delante Vna delas Personas, me preuiene V.S.

Si acaso en qualquiera otra Catedral de essos Reynos gozasse semejante prerogatiua otra familia podria V.S. remitirme la feè autentica de ello como si la prueba de nuestra immemorial, y con specialidad hauer assistido la S.ra assistiendo tambien el Obispo, como dizen algunos delos Testigos pudiesse probarse con alguna nota, o escrito en nuestra Catedral en algun libro remitirme tambien feè autentica, afinq.e todo iunto coadiuue nuestro intento

Queda a mi cargo el cuydar de essa causa con el cuydado se necessita, como melo encarga esse muy Ill.re Cabildo, aquien deuo obedecer, y auisarè a V.S. lo q.e huuiere de nouedad apreciando esta ocasion para ofrecerme aquanto fuera del mayor agrado de V.S. mandarme en el interim q.e ruego al S.r le g.de Cosa.s le sup.co Roma 17 Junio 1741

Muy Ill.re S.r

B. l. m. de V.S.

Su mas rendido Serv.r

Jaime Brandia

Muy Ill.re S.r Marques de Rupit Bournonville / Vique

GOBIERNO DE ARAGON

Muy S.r mio. Haviendose hecho instantia a Mons.r
Auditor del Papa Tribunal Superior a todos, para q.e
nuestra Causa se remitiesse ala Rota assistiendo:
:nos el decreto y resolution se tomó del Papa Inno:
:centio XII. disponiendo que todas las Causas, las quales
necessitassen de hazer alguna prueba en manera
alguna se pudiessen resolver en las Congregazio:
:nes, por no seguir estas lo mas delas vezes el
estilo y tela iudiciaria si bien en la Rota y con
todo q.e para esse fin por dos vezes se le ha dado
por nuestro Abogado Memorial Juridico con bastantes
motivos, citando siempre la Parte contraria, no se
ha podido lograr la remission en Rota, si que lo
vea, y resuelva la Cong.n de Ritos sin haver podido
convencerle differentes personas q.e tienen cabida
con dicho Prelado quienes a mi instantia una y
muchas vezes le hablaron. Fundandose el referido
Mons.r en haver prevenido el inizio el S.r Obispo,
tratarse de materia q.e toca ala Cong.n referida, co
:mo y haverse ya a sola instantia del Adversario
sin q.e por parte nuestra se haya dado passo alguno
hecho la deputation del Cardenal Ponente, o Relador q.e es

97

el Em.mo Belluga pudiendose creher hauerle sollicitado para mayormente hallarse empeñada la Causa en la Congregation, y poder con mucha probabilidad sperar del dicho Em.mo todo el fauor y arbitrio posible

En atention dela referida resolution se procurarà por parte nuestra la defensa necessaria, y como nuestro fundamento consista enla prueba immemorial instaremos enla misma Congregation afinque se nos den letras remissoriales para examinarse formiter los testigos citata Parte, afin de en poner en claro nuestro drecho sin embargo q. el Abogado dela Parte Contraria enlos Contradictorios delante el Mons.r Auditor del Papa no dexò de insinuar q. aunq. tal vez nos assista la immemorial la Congrega:tion no la querrà attender, lo que resultarà auisarè à V.S. y incluyo las dos copias delas dos distintas Supli:cas ò memoriales q. se formaron por parte de V.S. en drecho y solo se resoluio allegar lo q. en ellas V.S. verà contra el P. Obispo sin querer passar à terminos mas fuertes por conuenirnos assi y seguir en essa forma el estilo de esta Suprema Curia qual solo permite q. las Partes deduzgan su drecho, omitiendo lo demàs

Quando V.S. gustare se seruirà mandar dar la prouidentia pa:ra que se me remita alguna letra, ò orden para tomar el dinero necessario para los gastos hechos y de hazer, repitiendome à su obedientia en el interim q. ruego à Dios de V.S. los a.s le sup.co Roma 19. Agosto 1741.

B. L. m. de V.S.

Al serrar esta recibo la de V.S. n.o pass.o y entregarè la q. me remite à Mons.r Peralta, quien se halla mejorado de su peligrosa enfermedad, y V.S. harà bien de remitirme Carta p.a el Em.o Aguirre su mayor Serv.or

P. Marques dela Rupit | Vique } va la inclusa por el Can.o Duran | Jayme Brandia

GOBIERNO DE ARAGON

Setenta y ocho maraved.s

SELLO TERCERO, SESENTA Y OCHO MARAVEDIS, AÑO DE MIL SETECIENTOS Y QUARENTA Y UNO.

In Dei Nomine. Noverint Universi. quod anno a Nat.e Dn.i Mill.mo septingen.mo quadragesimo octauo die Vero Veneris vigesima secunda Mensis septembris ejusdem anni Intitulata. Cum Iustum, et rationi consentaneum sit veritatis testimonium perhibere. Ideo Cives Regius Joannes Sexta pbr. inst.a Vicesy. Recta residens dicti Regii ut pro ut Ippe dicit septuaginta quinque annorum completor. constitutus personaliter coram me Ignatio Coromina, et Borchade Platravér. pub.o Vicesy. Nost.r Instio. ac testibus subscriptis medio Iuramento per ipsum in Corporam suam ad Deum Deum et ejus Sta quatuor Evangelia dextera sua Manu supra pectus posita in forma solita prestito perer me eundem Nott.m pr.ae instrum.m ad instantiam scilicet et requisitionem Dn.i Felicis Sayol pub. Vicesy. nost.ri Procuratoris adm. Illis.is Dna. Marchionissae de Rupit his pretis et infrascriptis requirentis Dicit, et affirmavit, Infra, et sequentia Patrio sermone expressa; videlicet: Que ell attestant sab.t y li consta molt bé quela mencionada molt Illre. Sra. Marquesa de Rupit com á Sra, ó cap de familia dela antiqua, y noble casa dela Vilademany, dela pretn ciutat de Vich, per si, y per medi delas Sras cap de familia de dca casa de Vilademany, dre. decessoras suas está, y ha estat de temps Immemorial en ha quieta, y pacifica possessio, ó quasi de tenir, y usar dins las sta. cathedral Sgta. de dita pretn ciutat una cadireta ab son tapete, ó alfombra, y almoada en q.e acostumar, y han acostumat posar, y assentarse las das Sras en las ocasions q.e es estat de son agrado publica, y palesment, sens contradicció de Persona alguna, la qual cadireta ab dit son tapete, ó alfombra, y almoada se acostuma, y ha acostumat, sempre posar entre lo Choro, y lo Presbiteri, de dca. Sta. cathedral Sgta en la part dela Epistola, en lo Loch, en que quant se celebran los officis Divinals acostuman posarse las demes Donas. Y aixis ho diu sabeix ell attestant per haver cosa de Sexanta set anys poch mes, ó menos q.e ell mateix attestant resideix, y servex á dca. Sta. Sgta, qual comensá á servir en sos primers anys servint com á un dels Escolans de aquella, y despues com á un dels Musichs, y Cantors. dela capella de dca. Sta. Sgta, y actualment com á un dels Residents en ella, y en tot lo temps de Son record, que el te de mes de Sexanta anys á esta part sempre ho ha obit dir comunament, y publicam.t dela Mateixa Manera, que ho té expressat, y te viva memoria ell attestant, y se recorda molt bé, que en diferents vegades, quelas Sras cap de familia de dca casa de Vilademany, se hantrobat al temps del record te ell attestant en dca pretn ciutat han acostumat axi laques vuy es, com las suas predecessoras usar, y tenir la referida cadireta en lo modo

predit conforme ho há vist el attestánt moltas vegadas, y encara mes se recorda molt be el attestánt, que essent Escolá de dª. stª. Iglª. veu que en un dia de la festa dela assumpció de Maria Sma. mentres se celebrá lo offici, ó missa major en dª. stª. Iglª. la molt Illre. srª. Marquesa de Rupit, Mare del actual Marquès de Rupit (ala qual tenia molt ben conegudaell attestánt) vná, y tinqué en dª. stª. Iglª. la mencionada Cadireta, ab son tapete, ó alfombra, y almoada en lo loch predit, trobantse com veu el attestánt, que se trobava en aquella mateixa funcció Eclesiastica, y dins lo choro de dª. stª. Iglª. lo Illme. y Rme. Sor. Don Pinton de Marquál de bona memoria Bisbe d'Vich ab son capitol, y clero, y tot lo per el rexefexit, y expressat ha, affirmat essé entera Veritat per lo Juament que te prestat. Ne Jor: tur Super his quemplam dubitare contingat, Requisitus Felix Jaijol nosr. uti prior premenoxatus petijt et requisivit per me nob. de premissis fieri, et confici Instrum, sibique et alijs cuia interesit, tradi, et liberari per me jam dum et subscriptum nosm. Quod fuit Actum in Civitate Vici Pacen: patus Cass. sub anno, mense, et die prad. Ponte, et ad hac vocato, requisito, atq. rogato me dº. Ignatio Cozomina, et Borch de Matxavex nosr. pub. Vicen. infro ac pntibus etiam Narciso Mestres, et Josepho Simon Scriptoribus ambobus in eadem Civitate Vici, residentibus pro testibus ad premissa vocatis, et rogatis, specialiterque assumptis. Et dus asserens cognitus â me nosr. Infro se subscripsit. de quo fidem facio. e Joan Sexxa pxe. -8-:.



-num Meus Ignatij Cozomina et Borch de Matxavex auc. thoritate Rpca, et Regia ac Mgmi et Rmi Dni Vicen. Epi. copi nostq. publici Vicen. qui premissis Emacum testibus pre. nominatis pnis rogatus Interfui eaque Scribere feci alie. no Calamo In pnti, foleo papyre Sigilli Regij Sextij Et dicti diemense et anno rubellionavi et Clausi rogatus et requi. situs In fidem -8-:.

= etiam sine Laureolis, Radiis, splendoribus, aut alio signo, cultum, et Venerationem
= publicam præseferente. Quod sciunt Testes, quia nunquam præfata viderunt,
= nec ab aliis dici audiverunt eadem ibi extitisse, nec aliter esse potest, quia si
= secus esset ipsi scivissent, vel audivissent, et quia de prædictis semper fuit, et
= est publica vox, et fama, publicum, et notorium &.

[Advertatur, quod in Ecclesiis, Oratoriis, aut aliis Locis Sacris, et publicis, nullæ Imaginæ Servæ Dei retineri possunt; In aliis verò locis privatis extare nequeunt cum Radiis, splendoribus, aut aliis signis cultus; et si fortè similia retinerentur, amoveantur antè inchoationem Processus.]

= Quartò, qualiter veritas fuit, et est, quod nec circà Sepulchrum, seu locum, ubi sepulta
= est dicta Serva Dei Soror Maria Alberta de S. Dominico, nec alibi ad ejus
= Imagines, et Reliquias fuerunt unquam accensæ, aut retentæ Lampades Cande=
= læ, Cerei, aut alia quæcumque lumina; quod sciunt Testes, quia nunquam præ=
= fata viderunt, nec ab aliis dici audiverunt eadem ibi extitisse, nec aliter
= esse potest, quia si secus esset ipsi scivissent, vel audivissent, et quia de præ=
= dictis semper fuit, et est publica vox, et fama, publicum, et notorium &.

= Quintò qualiter veritas fuit, et est, quod votivæ Tabellæ, aliaque Donaria oblata in
= gratiarum actionem prò beneficiis intercessione dictæ Servæ Dei obtentis, re=
= ponuntur, ac respectivè asservantur in loco Secreto, et sub clavi, et quidem seor=
= sim à Sepulchro. Quod sciunt Testes ex Rationibus per ipsos adducendis, et
= quia fuit, et est publica vox, et fama, ac publicum, et notorium &.

= Sextò, quod veritas fuit, et est, quod tam circà Sepulchrum, quàm circa Personam, et me=
= moriam dictæ Servæ Dei nullibi unquam quicquam fuit gestum, aut factum,
= fit, aut geritur, quod publicæ venerationis, et cultus signum præseferat, aut
= sit quoquo modo contra formam Decretorum Sanctissimæ Inquisitionis, et
= fel. record. Urbani Papæ VIII. super non cultu editorum; quod sciunt Testes,
= quia non viderunt, neque respectivè audiverunt, quod aliquid unquam
= fuerit dictum, aut factum in contrarium, et aliter esse non potest, quod si
= secus esset, ipsi Testes aut vidissent, aut audivissent, vel alio modo scivis=
= sent; Quod fuit, et est verum &.

= Septimò et ultimò qualiter veritas fuit, et est, quod præfata omnia, et singula fuerunt
= publica, et notoria, et de illis non solùm in locis, quibus Ven. Serva Dei vixit,
= mortua, et sepulta fuit, sed etiam in aliis propinquis, et remotis, et ubique
= Locorum semper fuit, et est publica vox, et fama, et communis Reputatio,
= quæ semper inconcussa, et constans extitit, itaut nihil unquam fuerit dictum,
= auditum, aut factum in contrarium.

= Hos prò nunc &, salvo Jure &, non se adstringens &, omni &.

= Nomina Testium N.N.N.N.N. &.

Hic

GOBIERNO DE ARAGON

Hìc sunt specificanda nomina, cognomina, qualitates, et exercitia Testium examinandorum: Et in hoc Processu de non cultu examinari poterunt octo, vel ad summum decem Testes prò parte, et ad instantiam Procuratoris Causæ, alìque duo, à Rmo Dño Episcopo, sive à Judicibus abeo, ubsupra, delegatis ex officio vocandi; Advertendo tamen; quod hi Testes sint Personæ fidedignæ ac apprimè conscii de materiis contentis in supradictis Articulis, adhoc ut eadem materias articulatas concludenter probare valeant.

Cùm verò deveniri voluerit ad recipienda Examina Testium, Procurator Causæ à Notario sibi fiadi faciet Intimationem contra Dnum Promotorem Fiscalem ad illis interessendum. Quæ intimatio sequenti forma concipi potuit.

=De mandato Rmi Dñi NN: Episcopi Vicen intimetur Dño NN: Promotori Fiscali Causæ Epi=
= scopalis Vicen qualiter die . . . hora . . . et in . . . loco Sacro, ad hunc effectum depu=
= tato, Testes examinabuntur; idèò citetur idem ad interessendum, et prò hunc ad exhi=
= bendum Interrogatoria clausa, et obsignata p. Instantes NN: Procuratore Causæ
= Beatificationis, et Canonizationis Ven: Servæ Dei Mariæ etIlbertæ de S. Dominico,
= Monialis Ordinis Carmelitarum Excalceatarum.

Hujusmodique Intimationem per Cursorem deputatum personaliter executam, Procurator Causæ die, et hora, qua cadet, præmonibo altero ex Testibus, qui primo loco fuerit examinandus, quod in loco deputato reperiatur præsens, coram Rmo Dño Episcopo comparens sequenti modo reproducet, et sic instabit.

=Die . . . hora . . . et in . . . Loco, locique Loco Sacro specialiter deputato, coram Rmo Dño
= NN: Episcopo Vicen, ac Dño NN: Promotore Fiscali ibi presente, comparuit NN: Causæ
= Procurator, et in termino produxit Intimationem cum citatione contra dictum Dnum
= NN: Promotorem Fiscalem prò hac die, et hora personaliter executam; Dictoque Rmo
= Dño Episcopo præsentavit NN: Testem aliàs inductum, citatum, atque juratum, pe=
= tens illum examinari omni &.

Promotor verò Fiscalis Interrogatoriorum Plicum clausum, et obsignatum producendo, sequenti modo protestabitur.

=Ex adverso Dnus NN: Promotor Fiscalis facto produxit Interrogatoria clausa et obsignata;
= eaque protestatus fuit non aperiri, nisi in actu Examinis; nec ad Examen deveniri, nisi
= Testi reiterato prius Juramento; nec non nisi prius examen ejusdem recipiatur juxtà
= omnia, et singula præfata Interrogatoria, subindèque super Articulis per Procu=
= ratorem Causæ producebis, ipsoque semper presente, et assistente; atque servatis
= bis omnibus, et singulis tàm de jure, Stylo, et consuetudine, quàm ex dispositione
= Decretorum Generalium, et novissimorum servandis, aliàs &, omni &.

Et Rmus Dnus Episcopus admittendo dictorum Interrogatoriorum productionem, decernet, ad Examen dicti Testis deveniri, sequenti forma.

=Ex tunc Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen admisit Interrogatoria clausa, et obsignata
= coram se, ubsupra, producta; decrevitque ad Examen Testium deveniri prius

= juxtà illa [in actu Examinis dumtaxat aperienda, eòque, vel Sessione completâ
= denuò claudenda cum Responsionibus jam receptis], subindèque super Articulis
= in actis producbis; atque sub initium cujusvis Examinis, et Sessionis Testibus
= examinandis reiterari Juramentum, omnisq.

Hujusmodique edito Decreto, solis in dicto loco Examinis remanentibus Rmo Dño Episcopo, Dño Promotore Fiscali, Notario Actuario, ac Teste examinando, sequenti formâ ipsius Examen inchoari poterit.

= Illicovè, et incontinenti, Anno . . . Indictione . . . Mense . . . die . . . ac Pontificatus
= coram Rmo Dño Episcopo Vicen, presente, et assistente præfato Dño NN. Promotore
= Fiscali Curiæ Episcopalis Vicen in Ecclesia, vel in Oratorio . . . et præcisè ante
= Altare . . . horæ . . . examinatus fuit NN: [et hìc exprimatur ipsius Testis no=
= men, Cognomen, Patria, etas, et Professio] Testis aliàs inductus, atque citatus; cui qui=
= dem Testi die . . . delatum fuit Juramentum de veritate dicenda, et de servando
= Secretum ad formam Decretorum novissimorum Sacræ Rituum Congregationis, et
= nunc per eumdem Rmum Dnum Episcopum ei reiterato dicto Juramento, illud
= idem Testis, tactis Sacrosanctis Dei Evangeliis coram se positis, réiteravit, dicens =
= Ità juro, et promitto, sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta ejus Evangelia =
= Et priùs juxtà Interrogatoria, per dictum Dnum NN: Promotorem Fiscalem
= in actis clausa, et obsignata exhibita, atque per eumdem Rmum Dnum Epi=
= scopum nunc in actu præsentis Examinis aperta; et successivè super Arti=
= culis à Procuratore Causæ productis, dixit, et deposuit prout infrà, videlicèt
= = Juxtà primum interrogabus & Respondit &.

Et ità continuabitur Examen quousque propter horæ tarditatem Sessio existimabitur terminanda; siquæ Testis Examen in hujusmodi prima Sessione integrale vèl completum non erit, eadem Sessio concludi poterit sequenti modo.

= Deindè ob tarditatem horæ fuit dimissum Examen, animo illud continuandi die . . .
= horæ . . . de quo Testis monitus, per dictum Rmum Dnum Episcopum fuit
= licentiatus, injuncto tamen ei, quod antè discessum se subscriberet, prout illico acce=
= pto calamo se se subscripsit; [advertendo quòd si aliquis, vel aliqui ex Testibus
= scribere nesciant, loco subscriptionis, apponat signum + Crucis]: Posteaquè dictus
= Rmus Dnus Episcopus, unà cum dicto Dño NN. Promotore Fiscali, meque Notario
= Actuario, sese subscripserunt prout infrà. Hujusmodique Examen una cum Inter=
= rogatoriis clausum, et obsignatum fuit Sigillo ejusdem Rmi Dni Episcopi, non ape=
= riendum nisi in actu alterius Examinis, et Sessionis ad formam Decretorum novis=
= simorum Sacræ Rituum Congregationis, omnisq = Ego NN: Testis ita prò veritate
= deposui =; Deindè subscribentur etiam Rmus Episcopus, Dnus Promotor Fiscalis, et Notarius. Post hujusmodi verò subscriptiones registrabitur Intimatio, ut supra reproducta; et demum claudetur volumen Examinis unà cum Interroga=
toriis cum Sigillo Rmi Dni Episcopi.

Et ità.

GOBIERNO DE ARAGÓN

Et ità modo quo supra exhendi in posterùm poterunt initium, atque respective termi-
natio cujusvis Examinis, et Sessionis; In principio nempè semper adhibendo pre-
missam formulam reiterationis Juramenti, et aperitionis Involucri precedenti-
um Examinum, ac Interrogatoriorum; et in fine cujuslibet Examinis, vel Sessio-
nis, eodem modo quo supra, subscriptiones, et clausuras omnium, et singulorum pre-
cedentium Examinum, ac Interrogatoriorum.

Subsequens igitur Sessio facienda erit die, et hora premonitis in precedenti; eam sic
incipiendo, et prosequendo.

= Die . . . hora . . . in . . . Loco, Locique Loco Sacro deputato, coram Rmo Dño NN. Episcopo
= Vicen, presente Dño NN. Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Vicen continuatum
= fuit Examen dicti NN. Testis &c [et reliqua prosequendo juxtà formulam superius tradi-
tam, cum reiteratione scilicet Juramenti, et aperitione Involucri &c: Eodemque modo,
quo supra Secunda hujusmodi Examinis Sessio terminabitur cum consuetis sub-
scriptionibus Testis, Rmi Episcopi, Dñi Promotoris Fiscalis, ac Notarii.]

Istoque modo tot fient Sessiones, quot necessariæ fuerint prò dicti Primi Testis Examine com-
plendo; Eoque absolato, priusquàm Sessio terminetur, ei tota sua Depositio perlegen-
da erit; illamque integrè auditam Testis ipse ratificabit; Sique aliquid addere,
declarare, seù corrigere voluerit, addat, declaret, atque corrigat; hocque modo Sessio
terminabitur forma supra expressa, cum hac sola diversitate, quòd in Sessioni-
bus terminativis cujusvis Examinis unius cujusque Testis dicendum erit = ani-
mo procedendi ad Examen aliorum Testium inducendorum, et juratorum prò die-
bus, et horis certis intimandis = Eoque casu practicanda erit Intimatio, ejusque re-
productio, ac registratio, modo, et forma supra pariter expressis.

Et sub his methodo, formis, et cautelis procedendum erit ad omnium, et singulorum Testi-
um precedenter inductorum, citatorum, et juratorum Examina; sub sola variatio-
ne Locorum, dierum, et horarum, in quibus ea recipienda fuerint; atque cum adverten-
tia, quòd in hisce dierum, horarum, et locorum variatione [quoties agatur de jam dessi-
natis] precedat semper intimatio; Si autem varianda fuerint Loca, et horæ præ-
destinata, seù destinatas juxtà casuum contingentias, hunc precedere debebit citatio
contra Dnum Promotorem Fiscalem, ad videndum destinari alium Locum, Locique Lo-
cum, vel aliam horam &c, debità cum illius reproductione; cum Instantia Procuratoris
ejusdem Dñi Promotoris Fiscalis protestatione; ac Rmi Dñi Episcopi De-
creto, servando modos, et formulas jam superius traditas.

Cùm verò Procurator Causæ noluerit alios amplius inducere, atque examinari
facere Testes, in fine ultimæ Sessionis, postquàm decretæ fuerint consuetæ subscri-
ptiones, et omnium jam receptarum Depositionum, et Interrogatoriorum clau-
suræ, antequam involucrum claudatur, dicto Rmo Dño Episcopo adhuc prò
Tribunali sedente, atque Dño Promotore Fiscali presente, proclibus Causæ

Procurator ab eis audientiam petet, atque coram eis comparendo declarabit, se nolle alios Testes Examini amplius subijcere, sequenti forma

= Coram ꝛ presente ꝛ comparuit NN: Causæ Procurator, et declaravit, se nolle alios Testes inducere, nec examinari facere, omni ꝛ.

Talique declaratione attenta, Rcumus Dnus Episcopus ut satisfaciat Legi præscriptæ in Decretis novissimis Sacræ Rituum Congregationis, illicò mandabit alios duos Testes ex ipsius Officio vocari, citari, atque examinari, modo quo sequitur.

= Ex tunc Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen ejusmodi declaratione attentâ, obsequendo dispositis in Decretis novissimis Sacræ Rituum Congregationis, de aliis Testibus, præter inductos à Postulatoribus Causæ ex Officio vocandis, et examinandis, cum intelligentia, et assensu Dni NN: Promotoris Fiscalis, citari mandavit NN: NN: ad comparendum coram ipsis die . . hora . . et prò tunc ad sese subijciendum Juramento, et examini superiis, de quibus interrogabuntur materiis in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven: Servæ Dei Sororis Mariæ Albertæ de S. Dominico Monialis Ordinis Carmelitarum Excalceatarum, hujusmodique citationem mihi Notario commisit ꝛ, omni ꝛ.

Quibus ita gestis, atque completis cum subscriptionibus consuetis, priusquam Rmus Dnus Episcopus, ac Dnus Promotor Fiscalis à loco discedant, coram eis effectuabitur superius injuncta clausura.

Supradicta verò commissa citatio, postea per Notarium concipi poterit eo modo, et forma, quâ conceptæ fuerunt aliæ contra Testes; hoc solo mutato, quod in fine ponatur prò Instante ipso Dno Promotore Fiscali, non autem Procuratore Causæ. Dictâque Citatione contra prænominatos Testes executa, die quâ cadet, per ipsum Dnum Promotorem Fiscalem reproducetur, atque instabitur modo sequenti.

= Die . . hora . . . et in . . . Loco, locique Loco Sacro, ut supra, specialiter deputato, coram Rmo Dno NN: Episcopo Vicen comparuit Dnus NN: Promotor Fiscalis, et in termino ꝛ reproduxit Citationem personaliter executam contra NN: et NN: Testes ab eodem Rmo Dno Episcopo Vicen ex Officio vocatos, ut ex relatione NN: Cursoris in illius calce; ac petiit et instetit, iisdem Testibus ibi præsentibus deferri Juramentum de veritate dicenda, deque Secretum servando, juxta formam Decretorum novissimorum Sacræ Rituum Congregationis, successivèque examinari, omni ꝛ.

Hujusmodique auditâ Instantiâ Rmus Dnus Episcopus decernet, iisdem Testibus Juramentum deferri, ac successivè examinari super iisdem Interrogatoriis, et Articulis in Actis productis; Jidemque Testes unus post alium Juramentum præstabunt juxta formulam superius traditam; atque Notarius Decretum, et Acta Juramentorum extendere poterit in omnibus, et per omnia modo superiùs expresso quoad alios Testes. Hoc tantùm addito in fine hujus actus, quod ipse Rmus Dnus Episcopus oretenùs monuit eosdem Testes ad comparendum die . . hora . . ut se

examini

GOBIERNO DE ARAGON

Examini subjicerent &; necnon quod ortenus pariter monuerit prò eadem die, et hora Dñum Promotorem Fiscalem ad interessendum.

Advenientibus autem ijsdem die, et horâ premonitis, modo et formâ superiùs expressâ incipietur, ac prosequatur Examen hujusmodi Testium ex officio, tot in Sessionibus, quot necessarij fuerint; servando eadem Juramenti reiterationes, aperitiones Involucri, Subscriptiones, et clausuras, quousque cunctorum terminètur Examen; Advertendo tamen, quod si contingat casus, quod post completum Examen unius, vel alterius Testis, supersit tempus inchoandi, et prosequendi Examen alterius, vel aliorum; tunc legitimè in eadem Sessione post complementum Examinis unius Testis, ac post lecturam, ratificationem, et subscriptionem ejusdem, inchoari, ac prosequi poterit Examen alterius, et hoc modo celeriùs expediri poterit Processus.

Circa hujusmodi Testium Examen nonnulla principaliter advertenda sunt: Et

Primò. Quod quilibet Testis debet esse priùs inductus, deindè personaliter citatus, atque juratus; et in actu Examinis, ac uniuscujusque Sessionis ipsius, dictum Juramentum debet reiterare.

2°. Quod responsiones Testium transcribi omninò debent in Processu eo idiomate, eaque modo, et formâ, quo ab ipsis proferuntur.

3°. Quod Testes deponant, atque recenseant explanatè, et per extensum ea quæ sciunt circà materias articulatas, non autem relativè ad Articulos, vel Interrogatoria.

4°. Quod quilibet Testis debet se subscribere in fine Examinis; et si contingat, quod Examen suspendatur propter horæ tarditatem, tunc etiam debet apponi Subscriptio; et post Subscriptionem Testis debent etiam se subscribere Rmus Dñus Episcopus, Dñus Promotor Fiscalis, et Notarius Actuarius.

5°. Quod quilibet Testis omninò interrogandus est priùs juxtà omnia, et singula Interrogatoria à Dño Promotore Fiscali producenda, nullo penitùs omisso; Respectu verò Articulorum, quæ exhibentur à Procuratore Causæ advertendum est, quod si aliqui Testes non sint plenè informati de omnibus materiis in iisdem Articulis contentis, et expressis, eo casu licitè, ac legitimè Rmus Episcopus omittere potest interrogare ipsos Testes, eorumque responsiones exquirere super iis Articulis, in quibus continentur materiæ eisdem priùs ignotæ. Adeoùt permissum est Dño Judici omittere nonnullos ex Articulis continentibus materias Testibus ignotas; nullo autem modo permissum ei est omittere Interrogatoria, quæ producuntur à Dño Promotore Fiscali, quià hæc omnia, et singula, à primo usque usquè ad ultimum perlegenda sunt uniciuique ex Testibus, et ab eis opportunæ exquirendæ sunt Responsiones. Atque hoc notatum sit prò norma servanda nedum in constructione istius Processus de non cultu; verùm et multò magis prò compilatione alterius super Sanctitate Vitæ Virtutibus, et Miraculis in Specie ejusdem Servi Dei.

GOBIERNO DE ARAGON

6.° Et potissimè adverbendum est, quod quoties absolvitur, aut suspenditur Examen alicujus Testis, ejus Depositio, una cum alijs præcedenter receptis, nec non unà cum Interrogatorijs à Dño Promotore Fiscali productis, claudenda, et obsignanda sunt Sigillo Reumi Dñi Episcopi, ac penès ipsum Involucrum sic clausum et obsignatum asservari debet donec illud aperiri oportuerit pro subsequenti Sessione; atque de hujusmodi clausura, et aperitione respectivè debet expressè constare in Processu, ut supra non semel insinuatum est, aliàs insanabilis nullitas resultaret. = 6.°

Absoluto verò Examine cunctorum Testium, tam à Procuratore Causæ inductorum, quàm à Primo Dño Episcopo ex officio vocatorum, in postrema dicti Examinis Sessione non sunt amplius claudendæ, et sigillandæ Depositiones Testium, neque Interrogatoria, imo hæc, in fine nempè ultimi Examinis, et post absolutum actum, ut infra dicetur, registrandus est per extensum in Processu tenor eorumdem Interrogatoriorum, quæ usque hanc clausa sub sigillo retenta erunt. = 8.°

Hujusmodi autem Interrogatoria sequenti forma concipi, et exhiberi possunt per Promotorem Fiscalem, mutatis tamen mutandis, prout ipsi libuerit. = 9.°

Tenor dictorum Interrogatoriorum.

= Interrogatoria infrascripta dat, facit, exhibet, atque producit NN: Promotor Fiscalis Curiæ = 9.°
= Episcopalis Vicen in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven: Servæ Dei Sororis
= Mariæ Albertæ de Sancto Dominico Monialis Ordinis Carmelitarum Excalceatarum,
= super quibus petit, et instat Testes inducbos, et examinandos super Articulis in actis = 10.°
= exhibitis ad docendum de paritione Decretis Sanctissimæ Inquisitionis à fel: record:
= Urbano Papa VIII. super non cultu editis, antequam super Articulis examinentur, pre-
= stito prius Juramento juxtà formulam impressam in novissimis Decretis Congregatio- = 11.
= nis Sacr: Rituum, diligenter interrogari.

= Primò seriò moneatur quilibet Testis de vi, et importantia Juramenti, et gravitate perju-
= rij, præsertim in Causis gravissimis, et arduis, prout est Causa Beatificationis,
= et Canonizationis, cum sit de majoribus, quæ tractentur in Ecclesia Dei.

= 2.° Interrogetur quilibet Testis de nomine, cognomine, Patria, ætate, exercitio, seu Pro-
= fessione, et alijs circumstantijs ad ejus personam, et conditionem pertinen.

= 3.° Interrogetur, an quolibet anno confessus sit peccata sua, et Sacrum Eucharistiæ Sacra- = 12.
= mentum sumpserit, in qua Ecclesia, à quo Sacerdote, quibus præsentibus, et quo
= mense, et anno ultimæ vicis id fecerit.

= 4.° Interrogetur an fuerit unquam Inquisitus, accusatus, vel processatus de aliquo
= crimine, et quo, et coram quo Judice, et an fuerit condemnatus, vel absolutus = 13.
= et si absolutus, an' absolutio processerit ex capite innocentiæ, vel aliquo alio
= modo.

= 5.° Interrogetur an' ob aliquam causam fuerit unquam excommunicatus, et quoties et ex
quo

= qua causa, et an fuerit absolutus, vel adhuc persisbat in excommunicabione.

= 6°. Interrogetur, an fuerit ab aliquo instructus, vel in voce, vel in Scriptis quomodo deponere
= debeat, à quo, quibus verbis, et de quo tempore.

[Adverbabatur, quod hoc Interrogatorium intelligitur de instructione subornativa, quæ de Jure est prohibita, non de præsenti, quæ solum sit ad rité, et recté conducendum Processum, et ideò possunt Testibus extendi Articuli, antequàm examinentur, et instrui de contentis in præsenti Instructione, non autem de contentis in Ejus Interrogatoriis; et respondendo huic Interrogatorio Instructionis, debent respondere negativè.]

= 7°. Interrogetur an cognoverit, vel audiverit nominare Ven. Dei Servam Sororem Mari=
= am Albertam de S. Dominico, et si affirmativè responderit, dicat quas occasiones,
= et de quo tempore.

= 8°. Interrogetur an sciat, vel dici audiverit ubi, et quando dicta Dei Serva obierit, et
= quo loco ejus Cadaver Sepultum sit, et an ipse Testis ad Sepulchrum unquam
= accesserit, et qua die ultimas vices ad idem Sepulchrum se contulerit, et quate=
= nus responderit affirmativè, interrogetur de forma dicti Sepulchri, et omni=
= bus illius circumstantiis.

= 9°. Interrogetur, an sciat, vel dici audiverit, quod Corpus dictæ Ven. Servæ Dei semper ja=
= cuerit in Sepulchro, ubi humatum fuit post obitum, vel aliò translatum, et quas
= occasiones, reddendo causam suæ Scientiæ.

= 10°. Interrogetur, an sciat, quod Populus habeat devotionem ergà dictam Servam Dei,
= et qua occasione dicta Devotio incæperit, et an adhuc perseveret reddendo causam
= suæ Scientiæ.

= 11. Interrogetur, an viderit, seù audiverit, quod ad dictum Sepulchrum Servæ Dei, vel circum
= circa, vel in eadem Ecclesia, seù aliis quibuscumque Oratoriis, Cappellis, Altaribus, aut
= in quolibet alio publico loco, tam in Civitate Vicen, quàm extrà expositas, aut reten=
= tas aliquando fuisse Imagines, Statuas, aut effigies dictæ Servæ Dei, pictas, sculptas,
= incisas, aut aliter formatas; et si responderit negativè, non interrogetur ulteriùs
= super hoc; si verò affirmativè, interrogetur de illarum qualitate, aliisque circum=
= stantiis cum redditione causæ Scientiæ.

= 12. Interrogetur, an sciat, viderit, vel dici audiverit, circumcircà, vel propè Sepulchrum, vel
= alio quovis loco, ad Imagines, aut Reliquias dictæ Servæ Dei fuisse appensas, vel
= retentas votivas Tabellas, Donaria, aut alia ejusdem generis, aut oblata fuisse,
= et ad presens ubi retineantur, describendo Locum unà cum causa Scientiæ.

= 13. Interrogetur, an sciat, aut viderit, vel dici audiverit circà, vel propè dictum Sepul=
= chrum, aut alibi circà Imagines, aut Reliquias Servæ Dei fuisse accensas vel
= retentas Lampades, Candelas, aut alias quascumque Luminaria, et an adhuc
= accensa permaneant, reddendo causam Scientiæ.

GOBIERNO DE ARAGON

18

= 14. Interrogetur, an sciat, aut viderit, vel dici audiverit circa, vel prope dictum Sepul=
= chrum esse Imagines, aut reliquias dictae Servae Dei, et alibi in locis publicis
= scripta sint, sculpta, vel aliter expressa Epitaphia, Inscriptiones, seu Titulos
= in honorem Servi Dei, illaque exprimat, et an hodie adhuc existant, cum raddi=
= tione causae scientiae

= 15. Interrogetur, an sciat, vel dici audiverit, circa personam, aut memoriam dictae
= Servae Dei quicquam exhibitae unquam actum, factum, aut gestum, quod publicae
= venerationis, et cultus Signum praeferat, et quatenus affirmativè respon=
= derit, interrogetur in quo illud consistat, seu quibus, et a quo tempore, et in quo
= loco, et an de praesenti geratur, reddendo in omnibus causam scientiae.
= N.N. Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis Vicen.

Recepis modo quo supra Examinibus curatorum testium tam per Procuratorem Cau=
sae producentem, quam ex officio vocatorum faciendus est Judicialis accessus
ad Sepulchrum Servae Dei ad effectum illud visitandi, et describendi cum omni=
bus suis circumstantiis; Antequam itaque concludatur supradicta postrema Ses=
sio, instet Procurator penes R.mum D.num Episcopum adhuc pro Tribunali se=
dentem, quatenus digneretur accedere ad Ecclesiam, in qua tumulatum est Ca=
daver dictae Servae Dei ad effectum visitandi Sepulchrum ejusdem, et recognoscen=
di, quod nihil omnino circumcirca idem Sepulchrum neque alibi ullum vel
minimum cultus Signum reperitur, necnon visitandi etiam locum, ubi secretò
asservantur votivae Tabellae, et Donaria a Fidelibus in gratiarum actionem
pro beneficiis ejus meritis, et intercessione recepta, oblata, et exhibita.

His auditis Promotor Fiscalis protestetur, nihil fieri, nihilque innovari circa prae=
dictam Sepulchri visitationem, nisi cum ejus praesentia, et interventu, propte=
reaque ad hujusmodi effectum legitimè semper citato, et intimato; et nisi servatis
in omnibus, et per omnia Decretis San: mem: Urbani Papae VIII. aliisque recen=
tioribus Sac: Rituum Congregationis, aliasque.

Subindeque R.mus Episcopus supradictae Procuratoris Instantiae annuendo sese prom=
ptum, et paratum exhibeat ad dictam visitationem peragendam, et ad hunc
effectum designet diem, et horam pro ea effectuanda, necnon mandet citationem
expediri contra Promotorem Fiscalem ad intervenendum, et interessendum dictae
visitationi, ad effectum comprobandi, quod Corpus supradicti Servi Dei sepultum
exstat absque ullo cultus signo.

Expeditâ verò subsequenter hujusmodi citatione, eâque per Cursorem deputatum pre=
sentatâ Promotori Fiscali, R.mus Episcopus die, et horâ destinatis, unà cum dicto
Promotore Fiscali, Notario Actuario, et tribus, aut quatuor testibus, ad praefatam
Ecclesiam, in qua humatum extat Cadaver Servi Dei se conferat, ibique Causae
Procurator reproducat praefatam citationem cum cursoris relatione, et instet

coram

coram dicto Rmõ Dnõ Episcopo, presente Promotore Fiscali, ad prefatam visitationem deveniri; atque registratis per Notarium de more comparitione, et Instantia Procuratoris, ac protestatione, quam Promotor Fiscalis de more facies, idem Rmus Episcopus in primis decernat exactam fieri recognitionem, et descriptionem Sepulchri dicte Serve Dei Sor: Marie Alberte de Sancho Dominico. Dictoque pronunciato Decreto incontinenti ad locum Sepulchri se conferat, ac adunquiem, et exactè coràm dicto Promotore Fiscali, et Testibus describi faciat per Notarium Statum, et situationem ejusdem, omniaque eidem adjacentia, nec non epithaphia, vel inscriptiones [si forsan in eo, vel circum illud existant]; Deinde que visitet totam Ecclesiam, ejusque Cappellas, Altaria, ac Sacristiam, necnon Claustra, et Deambulacra Conventus [quatenus Dei Servus fuerit Regularis] aliaque Oratoria privata, si que in eo existant, ad effectum recognoscendi an quicquam in eis adsit, quod publicum erga dm Servam Dei redoleat cultum, et si nil reperierit, quod publicum cultum sapiat, id exactè, et distinctè in actis declaret, et describat; Ac demùm se conferat ad locum, quo votive Tabelle, Anathemata, aliaque Donaria in grabiarum actionem per Fideles oblata prò beneficiis ejus intercessione receptis, secretò asservantur, ibique prefatum Locum cum omnibus suis circumstantiis exactè pariter, et diligenter describi faciat ad Eos ut concludenter constet in Processu, quod hujusmodi Donaria non retinentur publice veneration exposita, sed secretò, et in loco privato; describendo etiam exactè, et distinctè singula supradicta Donaria, votivasque Tabellas, eorumque formam, qualitates, ac inscriptiones in eis appositas.

[Advertatur, quod omnia, que à Fidelibus oblata sunt Serve Dei in grariarum actionem, retineri debent in loco secreto, et privato, dictusque locus debet esse clausus, et clavis ejusdem custodita à Superiore, vèl primo Ministro Ecclesie; et in actu visitationis apparere debet, quod dicta clavis sit penès eundem Superiorem; Et si forte circà Sepulchrum, aut in aliquo alio loco publico extarent votive Tabelle, aut similia, reponantur, antequam inchoetur Processus, in dicto Loco secreto, ne appareat aliquo modo [saltem de presenti] exhibitus cultus publicus Serve Dei.]

Quibus omnibus peractis Rmus Episcopus recipiat examen supradictorum Testium ad hunc visitationis, et descriptionis actum adhibitorum, super iis, que viderunt, et observarunt in predicta visitatione, concludentes, nil repertum fuisse nec in loco Sepulchri nec in Ecclesia, nec alibi, quod cultum publicum erga prefatum Servum Dei redoleat; Ac demùm de his omnibus mandet fieri per Notarium Actuarium publicum Instrumentum coram Testibus; et sic complebitur actus hujusmodi visitationis, et recognitionis cum Subscriptionibus Rmi Episcopi, Promotoris Fiscalis, ac Testium, ut supra, adhibitorum, exprimentium sese continuè fuisse presentes, omniaque vidisse, et observasse, atque cum finali cogitu, et Subscriptione Notarii Actuarii.

Et quia in hisce Processibus, qui construuntur super non cultu, juxtà legem prescriptam

in Decretis generalibus San: mem: Urbani Papæ VIII. Reümus Ordinarius post judicialiter expletum Sepulchri visitationem, per Sententiam diffinitivam ulteriùs declarare debet, nullam penitùs publici cultus Speciem ergà Dei Servos exhibitam fuisse, vel exhiberi, ac præfatis Decretis omnimodè fuisse paritum, et satisfactum; Idcircò post absolutam modo quo supra ejusmodi visitationem, atque descriptionem, ad instantiam Dñi Procuratoris Causæ per eumdem Rmum Dnum Episcopum decernenda est citatio contra Dnum Promotorem Fiscalem ad servandos terminos substantiales, quæ sequenti forma concipi poterit.

= De mandato Reümi Dñi & Episcopi Vicerd citetur NN: Promotor Fiscalis Curiæ Epis-
= scopalis Vicerd in præsenti Causa, et Processu de non cultu specialiter deputatus,
= ad comparendum in Palatio &, eb propriè in Aula Solitæ Audientiæ Dominationis
= suæ Illmæ, et Rmæ die . . . Mensis . . . hora . . . ad libellandum ad pri-
= mam diem, ad articulandum, ad octavam, ad dicendum contra Jura, ad producen-
= dum omnia &, ad dicendum contra producta, ad jurandum de calumnia, eb
= alia necessaria, eb opportuna servandum in terminis substantialibus,
= ad diebam diem, et horam instante NN: Causæ Procuratore.
= N: N: Notarius Actuarius.

Die verò quâ cadit dicta citatio fieri debet consueta relatio per Cursorem deputatum de illius executione cum instantia Procuratoris Causæ, et solitâ protestatione generali Promotoris Fiscalis, ac Decreto Rmi Dñi Episcopi, sequenti forma.

= In nomine Domini & anno & Die . . . hora . . . in Aula Solitæ Audientiæ Rmi Dñi NN:
= Episcopi Vicerd relatione facta & comparuit coram eodem Rmo Dño Episcopo
= Causæ Procurator, et reproducendo, ac repetendo omnia Jura aliàs & ipsum
= in actis producta, et omnia hactenus gesta, acta, et actitata quæcumque,
= repetiit citationem ultimo loco expeditam, et à Cursore deputato contra dm
= Dnum NN. Promotorem Fiscalem executam prò servatione terminorum
= substantialium, atque instetit prædicta omnia admitti, ac per dm Rmum
= Dnum Episcopum mandari, omnes terminos substantiales servari, non
= solèm & sed et omni &.

Et contra Dnus Promotor Fiscalis sequentem facere poterit protestationem.

= Et adversò prædictus Dnus NN: Promotor Fiscalis dixit prò nunc verba generalia
= protestatusque fuit servari in omnibus Decreta tùm generalia, tùm no-
= vissima Sac: Rituum Congregationis, aliàs &.

Ac Reumus Dnus Episcopus decernet, ut sequitur.

= Ex hinc præfatus Rmus Dnus NN. Episcopus Vicerd prò Tribunali sedens, præsente,
= et intervenientes dicto Dño NN. Promotore Fiscali, meque Notario, ac Testibus
= infrascriptis, audita instantia dicti Dñi NN. Procuratoris Causæ, ac protestatione

Dñi.

= Dñi NN: Promotoris Fiscalis, inhærendo Decretis generalibus Sacræ Rituum
= Congregationis, omnia Jura producta, omniaque acta hactenus gesta, acta,
= ebactitata nomine, et prò parte dicti Dñi Procuratoris Causæ admisit si
= et in quantum &, et mandavit servari omnes terminos substantiales, et ità
= non solùm &, sed et omnis.

Hujusmodique pronunciato Decreto concludi potest Sessio cum solitis Subscriptionibus, ac rogitu Notarii, ut indicatum reperitur in aliis antecedentibus Sessionibus.

Alterâ verò die decerni, atque expediri debet altera citatio contra D: Promotorem Fiscalem ad audiendam sententiam diffinitivam super non exhibitione publici cultus præfatæ Dei Serræ juxta sequentem formulam.

= In Dei nomine Amen anno . . . die . . . hora . . . in Aula . . . coram dicto Almo Dño
= NN: Episcopo Vicen, præsente, et interessente Dño NN: Promotore Fiscali, neque
= Notario &, dicebus NN. Procurator Causæ petiit, et instabilit per Dominationem Su=
= am Illmum, et Rmam decerni, et relaxari aliam citationem contrà Dñm Dñum
= NN: Promotorem Fiscalem ad comparendum coram se, et prò tunc ad videndum
= reiterari omnes, et singulos terminos substantiales ad concludendum, concludi=
= que videndum in Causa, et audiendum sententiam diffinitivam, et
= alia fieri quomodolibet necessaria, et opportuna, omnia &.

Atque Almus Dñus Episcopus inhærendo ejusmodi Instantiæ, sic decernet.

= Cui Illmus, et Rmus Dñus NN: Episcopus Vicen mandavit mihi Notario Actuario,
= ut expediam citationem prædictam contra dictum Dñum NN: Promotorem Fisca=
= lem, illamque exequendam Cursori deputato tradam, ad formam instantiæ dicti
= Dñi NN: Procuratoris Causæ, ad comparendum coram ipso Almo Dño Episcopo
= in Aula suæ solitæ Audientiæ prò die . . . et prò tunc ad videndum reiterari
= omnes, et singulos terminos substantiales male forsan, nulliter, et inculcatè
= tentos, habitos, et servatos invim quarumcumque facultatum, eorque ser=
= vatos esse declarari; Instantem absolvi à Censuris ad effectum &, sibique
= reiterari, denuòque deferri Juramentum calumniæ in supplementum plenæ
= probationis, quatenus opus sit, necnon concludendum, concludique videri=
= dum in Causa, et ad audiendam sententiam diffinitivam in forma &c dictum
= diem juridicam deputatam, non solùm &, sed et omnia = Et in fine appositis consue=
= tis subscriptionibus, registratâque de more citatione, ut supra reproductâ con=
= cludatur actus cum finali rogitu Notarii.

Relaxatâ, et executa contra Dñum Promotorem Fiscalem ejusmodi citatione, juxtà suprarelatum tenorem conceptâ; atque adveniente postmodum die in eadem præfixâ, debet per Procuratorem Causæ de more reproduci, atque instari, ut sequitur.

GOBIERNO DE ARAGON

= In Dei nomine &c. Anno ... die ... mensis ... hora ... In aula ... coram
= dicto Rmo Dño NN: Episcopo Vicen. præsente, et interveniente Dño NN:
= Promotore Fiscali, meque Notario Actuario, NN cursor in præsenti Causa spe=
= cialiter deputatus, retulit in Scriptis se die ... personaliter citasse Dnum
= NN: Promotorem Fiscalem ad exequendum contenta in præsenti Citatio=
= ne, quam facto in Actis reproduxit tenoris inferius registrandi. Quâ relatione
= factâ comparuit Dnus NN: Procurator Causæ, atque iterum, et totiès quotiès,
= et quatenus opus sit reproducendo, et repetendo omnia, et singula Jura aliàs pro=
= ducta, necnon hactenus gesta, acta, et actitata quæcumque, repetiit mox enuncia=
= tam citationem contra dictum Dnum NN: Promotorem Fiscalem legitimè exe=
= cutam prò reiteratione terminorum substantialium, atque petiit, et instetit
= omnia fieri, et decerni, proùt in ea continetur, non solùm &c. sed et omni &c.

Post hanc Instantiam Dnus Promotor Fiscalis sequenti modo protestabitur.

= Exadversò Dnus NN: Promotor Fiscalis repetiit protestationes aliàs factas, illisque in hæ=
= rendo dixit prò nunc verba generalia; et his salvis protestatus fuit, et protestatur
= servari in omnibus præscripta tàm in Decretis generalibus, quàm novissimis
= Sacræ Rituum Congregationis; atque deveniri instetit ad reiterationem Juramenti
= calumniæ dicti NN. Procuratoris Causæ, aliàs denuò protestatus fuit, et protestatur
= de nullitate omnium Actorum, et agendorum, non solùm præmisso, sed et omni
= alio meliori modo &c.

Atque Reumus Dnus Episcopus ità decernet.

= Ex tunc Illmus, et Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen. admisit prædictum NN. Procuratorem
= Causæ ad reiterationem terminorum substantialium, et jurandum iterum de calu=
= nia, in supplementum plenæ probationis; proùt statim, et incontinenti idem NN: Cau=
= sæ Procurator coram eodem Rmo Dño Episcopo Vicen., ac presente et audiente dicto
= Dño NN: Promotore Fiscali, meque Notario Actuario, tactis Sacrosanctis Evangeliis
= coram se positis illud iterum præstitit formalibus hisce verbis = Ego NN: Procurator
= in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven: Servæ Dei Sororis Mariæ Albertæ
= de Sancto Dominico specialiter constitutus, tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me
= positis, in animam meorum Principalium, qui mihi Procuræ mandatum dederunt, atque
= respectivè in animam propriam juro, ad confectionem præsentis Processus de non cultu
= accessisse, et accedere non odio, timore, vel amore, atque quovis alio respectu humano,
= sed solùm zelo gloriæ et honoris Dei, qui glorificatur in Sanctis suis; et ita juro, et promitto, sic me
= Deus adjuvet, et hæc sancta ejus Evangelia = Ego NN: præsentis Causæ Procurator.

= Quo Juramento expleto, statim dictus Illmus, et Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen., visis, et revolutis
= Actis, totoque Processu, ac auditis Partibus, declaravit, et declarat omnes, et singulos terminos
= substantiales fuisse ritè, ac legitimè servatos; ideoque posse quandocumque deveniri ad con=
= clusionem Processus, et prolationem Sententiæ diffinitivæ super cultu publico præfatæ

Dei

GOBIERNO DE ARAGON

= Dei Servæ minimè exhibito; prò quâ audiendâ, atque respectivè proferendâ instè=
= bit dictus NN: Causæ Procurator decerni, et relaxari citationem contra dictum Dñum=
= NN: Promotorem Fiscalem prò primâ die juridicâ, sive alia dicto Rmò Dño NN: Epi=
= scopo benevisa; præst statim et incontinenti idem Rmus Dñus Episcopus, illam per
= me infrascriptum Notarium Actuarium expediri manduvit prò die . . . hora . . .
= non solum & sed et omnib. Sicque concludi poterit hæc Sessio consuetis cum
Subscriptionibus, cum registratione suprarelatæ citationis, ac Logitu Notarii.

Præsens verò citatio sequenti formâ concipi poterit.

= De mandato Illmi, et Rmi Dñi NN: Episcopi Vicen citetur Dñus NN: Promotor Fiscalis
= specialiter electus, et deputatus, ad comparendum in Aula & solitæ Audientiæ
= Dominationis Suæ Illmæ, et Rmæ die . . . hora . . . et prò hunc ad audiendâ
= Sententiam definitivam, quam dictâ die proferre intendit idem Rmus
= Dñus Episcopus in Causa, et Processu de cultu publico minimè exhibito Servæ
= Dei Sorori Mariæ Alberte de Sancto Dominico, instante dicto NN: Causæ Procurato=
= re. = N N: Notarius Actuarius.

Cãque per Cursorem deputatum personaliter de more executâ; factâque in ejus calce
consuetâ relatione de ipsius executione die, et horâ destinatâ reproduci debet in
Actis, ac per Procuratorem Causæ sequenti formâ instantiam proponi.

= In Dei nomine &, Anno . . . die . . . hora . . . In Palatio . . . ac in Aula solitâ
= Audientiæ Illmi, et Rmi Dñi NN: Episcopi Vicen coram eodem Rmo Dño Episcopo, præ=
= sente, et interveniente Dño NN: Promotore Fiscali, meque Notario, Actuario deputato,
= NN: Cursor in præsenti Causa, et Processu specialiter deputatus, et juratus retulit
= in Scriptis, se die . . . currentis anni . . . personaliter citasse dictum Dñum
= NN: Promotorem Fiscalem ad exequendum contenta in præsenti citatione, prædicto
= NN: Cursori per me infrascriptum Notarium ad exequendum tradita; quam citationem
= cum relatione in calce executionis per eum facta, mihi prælato Notario consignavit,
= atque in mis manibus demisit ad effectum ipsius tenorem infra registrandi, et
= inserendi.

= Quâ relatione factâ, illicò, et incontinenti coram eodem Rmo Dño NN: Episcopo Vicen, præ=
= sente, et audiente dicto Dño NN: Promotore Fiscali, personaliter comparuit NN: Causæ
= Procurator specialiter, ut supra constitutus, reiteratisque omnibus terminis sub=
= stantialibus in formâ, repetiit, atque reproduxit suprædictam citationem ad Sen=
= tentiam, ultimo loco relaxatam, ac per NN: Cursorem modo quo supra executam contra
= dictum Dñum NN: Promotorem Fiscalem; atque petiit, et instabit, per eumdem Rmum
= Dñum NN: Episcopum Vicen de facto pronunciari Sententiam definitivam
= in forma, non solum &, sed et omnib.

= Quibus auditis, idem Illmus, et Rmus Dñus NN: Episcopus prò Tribunali sedens, præsente,
= et interveniente dicto Dño NN: Promotore Fiscali, meque Notario Actuario infrascripto,

GOBIERNO DE ARAGON

= solemniter pronunciavit Sententiam diffinitivam super omnimoda observantia
= Decretorum San: mem: Urbani Papæ VIII, in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis
= super non cultu editorum, prout in Cedula, tenoris inferius registrandi, quam præ
= manibus habens, coram eodem NN: Promotore Fiscali de verbo ad verbum alta,
= et intelligibili voce perlegit, et postea eam manu propria subscripsit, ac mihi Nota=
= rio actuario tradidit ad effectum hic inserendi; prout statim quod lata, lecta, et publi=
= cata fuit per eumdem Rmum Dnum Episcopum, Ego infrascriptus Notarius Actu=
= arius parendo mandatis Dominationis suæ Illmæ, et Rmæ in Actis inserui, sequen=
= tis tenoris videlicet.

Hic inserendus est tenor dictæ Sententiæ, quæ sequenti, aut consimili forma debet esse concepta.

= Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes, per
= hanc nostram diffinitivam Sententiam, quam de Jurisperitorum consilio in his scrip=
= tis ferimus in Causa, et Causis Beatificationis et Canonizationis Ven: Servæ Dei Sor:
= Mariæ Albertæ de Sancto Dominico Monialis Ordinis Carmelitarum Excalcea=
= tarum, quæ coram nobis in prima, seu alia veriori versæ fuerunt, et vertuntur
= Instantiis inter NN: Procuratorem specialiter in dicta Causa constitutum ex
= una, et Dnum NN: Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis ex altera partibus,
= super publico cultu non exhibito prædictæ Dei Servæ, et paritione Decretis
= jussu fel: Record: Urbani Papæ VIII. in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis edi=
= tis. Visâ Instantiâ nobis factâ per prædictum NN: Causæ Procuratorem; viso specia=
= li mandato Procuræ in ejus Personam legitimè expedito; visâ speciali deputa=
= tione dicti NN: Promotoris Fiscalis per nos factâ; visâ etiam speciali deputatione
= Notarii Actuarii, et Cursoris; visis Testium Depositionibus; visâ Ecclesiâ, in qua hu=
= matum jacet Cadaver dictæ Servæ Dei; viso toto Processu; atque visis omnibus
= videndis, et consideratis considerandis: Christi nomine repetito dicimus, pro=
= nunciamus, decernimus, declaramus, atque diffinitivè sententiamus, nec circa Sepul=
= chrum, nec in præfata Ecclesia, ubi Cadaver Servæ Dei humatum extat, nec circa
= reliquias, Imagines, aut alias memorias ejusdem Servæ Dei, nec alibi quidquam
= extare, aut reperiri, quod cultum publicum, ac publicam venerationem quoquo
= modo præseferat, aut sit quomodocumque contra formam dictorum Decretorum
= San: mem: Urbani Papæ VIII; sed eadem Decreta ubique ergà dictam præfatam
= Dei Servam exactè observata semper fuisse, et observari, eisdemque sufficienter
= paritum fuisse, et esse. Et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus,
= atque diffinitivè sententiamus, non solum præmisso, sed et omni alio meliori modo et
= forma &c. Ità pronunciavi Ego NN: Episcopus Vicen.

= Quæ cedula Sententiæ, ut supra, latæ, lecta fuit, et publicata per me Notarium Actuarium
= infrascriptum, præsentibus NN: et NN: Testibus ad id specialiter adhibitis, atque vo=
= catis, die, mense, et anno prædictis.

Postea

GOBIERNO DE ZAMORA

Posteà apponantur solitæ subscriptiones, ac etiam duorum Testium ad hunc actum adhibendorum, et demùm concludatur actus cum solito cogitu, et subscriptione Notarii Actuarii.

His expletis, coram dicto Rmo Dño Episcopo, ac præsente, et intervenient Dño Promotore Fiscali, ac Notario Actuario instabit dictus Causæ Procurator prò aperitione, et publicatione Processus, necnon prò illius exemplatione, seù copia authentica ad Sacram Rituum Congregationem transmittenda. Auditâ Instantiâ idem Rmus D: Episcopus commictet ipsi Notario Actuario expeditionem citationis contra Dñum Promotorem Fiscalem ad comparendum coram se die . . . hora . . . et in loco . . . prò audientiâ destinato, et prò hunc ad videndum aperiri, et publicari Processum, illumque exemplari mandari; Amanuensem, seù Amanuenses [advertendo, quod deputari possunt etiam plures Amanuenses prò celeriori expeditione Transumpti, seu Copiæ ad Urbem transmittendæ] ad hunc effectum deputari; alium Notarium prò Copiâ cum Processu originali collationandæ, eligi, et deputari; eamque sic collationatam claudi, et obsignari, necnon ad Sacram Rituum Congregationem per fidelem, juratumque Portitorem mandari deferri; ac Decretum quodcum super omnibus, et singulis præmissis quomodolibet necessarium, et opportunum fiori, et interponi ad eumdem diem, et horam.

Hujusmodique edito Decreto compleri poterit Sessio cum solitis subscriptionibus, et cogitu Notarii.

Adveniente verò die, et hora, quibus hæc citatio cadet, Procurator Causæ comparendo coram Rmo Dño Episcopo, ac præsente Dño Promotore Fiscali, eam cum solita relatione Cursoris in calce reproducet, ac prò cunctis in ea contentis instabit: Extensâque per Notarium Actuarium hujusmodi comparitione, et Instantia, dictus Dñus Promotor Fiscalis immediatè sequentem protestationem faciet.

= Ex adverso Dñus N.N. Promotor Fiscalis consentiendo aperitioni, et publicationi dicti
= Processus, et Amanuensis, vel Amanuensium deputationi prò eo transumptando,
= dixit, protestatusque fuit, præfato Amanuensi, vel Amanuensibus ad effectum
= prædictum deputandis, antequam fiat hujus Processus exemplandi consigna-
= tio, deferendum esse Juramentum de fideliter, et exactè hoc munus adimplendo,
= Ad Copiæ verò, postquàm completa fuerit, authenticationem, legalizationem,
= atque clausuram, non esse deveniendum, nisi prius eâ coram Rmo Dño Episcopo
= Vicen, ipsoque Dño Promotore Fiscali præsente, ritè, rectèque collationatâ, serva-
= risque omnibus, et singulis tàm de Jure, Stylo, et consuetudine, quàm ex Decreto-
= rum Generalium, et novissimorum Sac. Rituum Congregationis dispositione
= servandis, aliàs &omnib.

Præfatusque Rmus Dñus Episcopus successivè suum Decretum sic edere poterit.

GOBIERNO DE ARAGON

= Ex tunc Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen mandavit, totum Processum cum Involucro
= Depositionum, et Interrogatoriorum, clauso, et obsignato, coram se deferri. Quo
= per me Notarium Actuarium expleto, idem Involucrum clausum, et obsigna=
= tum, attentè unà cum Dño Promotore Fiscali visum, et perlustratum, atque re=
= pertum prorsùs illesum, omnique vitio carentem, statim aperuit, et publicavit,
= ac prò publicato pronunciavit; atque ulterius eumdem transumptari decre=
= vit, et ad hunc effectum deputavit in Amanuensem, sivè Amanuenses
= NN: et NN:; iisque accersitis, ac ministerium acceptantibus, illicò Juramentum
= detulit de dicto munere fideliter explendo, prout statim præstiterunt per
= hæc verba [et hic extendatur formula Juramenti per dictum Amanuensem,
= seu Amanuenses præstandi]. Præstitoque hujusmodi Juramento ulterius præ=
= fatus Rmus Dnus Episcopus mandavit, dictum Processum eis ad exemplandum
= tradi. Prò copia verò, postquam completa fuerit, cum originali collationanda
= mihi Notario commisit expeditionem citationis contra dictum Dnum Promotorem
= Fiscalem ad videndum deputari alium Notarium Apostolicum, vel Ecclesiasti=
= cum, illique Juramentum in forma deferri de fideliter suo munere exercendo;
= dictamque collationem coram se deinde inchoari prosequi, et absolvi; eâque
= completâ, per eumdem Rmum Dnum Episcopum declarari fuisse eam ritè,
= rectè, ac legitimè factam; et alia quæcumque necessaria, et opportuna fieri
= prò ulteriori ejusdem copiæ, seu Transumpti authenticatione. Præfatamque
= citationem mandavit, et mandat per me Notarium Actuarium infrascriptum
= exequendam tradi Cursori deputato, et deinde sese subscripserunt &.

Atque ita consuetâ cum registratione citationis, ut supra reproductæ, debitisque cum subscriptionibus terminabitur hæc sessio.

Postquam verò fuerit ab Amanuense, vel Amanuensibus absolutum Transumptum, seu Copia Processus, expediatur à Notario Actuario citatio relaxata in antedº Decreto, et tradatur Cursori ad effectum exequendi &.

Et in subsequenti sessione, pariter habenda die, et hora in præfata citatione intimata, in loco solitæ audientiæ factâ ejusdem citationis consuetâ reproductione, atque reportato ab Amanuense, vel Amanuensibus deputatis in manibus Rmi Dni Episcopi Processu originali, ejusque copia per ipsos confecta, procedi debet ad deputationem alterius Notarii Apostolici adhibendi prò ejusdem Copiæ collatione, deferendo ei Juramentum, ut infrà.

= In Dei nomine & Anno . . . die . . . hora . . . in Palatio &, ac in Aula solitæ Audientiæ
= Illmi, et Rmi Dni NN: Episcopi Vicen comparuit coram eodem Rmo Dño Episcopo,
= præsente, et interveniente Dño NN: Promotore Fiscali, meque Notario Actuario NN:
= Cursor in præsenti Causa, et Processu specialiter deputatus, atque retulit in
= Scriptis, se die . . . currentis anni personaliter citasse dm Dnum NN.

Promotorem

GOBIERNO DE ARAGON

= Promotorem Fiscalem ad exequendum quidquid in presenti citatione continetur.
= Quam citationem cum relatione in calce ipsius executionis, mihi prædº Notario
= consignauit ad effectum ipsius tenorem infra registrandi, et inserendi.
= Quâ relatione facta comparuit coram eodem Rmô Dño Episcopo Vicen NN: Scriptor, vel
= NN: Scriptores, et Supra deputati, et asseruerunt, se omni cum possibili diligentia, ac
= de verbo ad verbum exarasse copiam, seu Transumptum ex actis originalibus pre-
= sentis Processus; Quod Transumptum, seu copiam consistentem in foliis scriptis
= numero . . . unâ cum ipsis actis originalibus reportarunt, et mihi Notario tra-
= diderunt pº.
= Successivè comparuit NN: Procurator Causæ, et facto repetitâ citationem cum rela-
= tione Cursoris pbi supra reproductam, ac etiam repetitâ reportationem Transum-
= pti, seu copiæ per Scriptorem, seu Scriptores deputatos confectæ; instabitque
= eligi alium Notarium in Adjunctum prô auscultanda, et collationanda dª
= copias cum Processu originali; eidemque Notario deferri Juramentum in forma
= absque deinde mandari inchoari auscultationem, et collationem prædictam, nec-
= non alia fieri, et exequi quomodolibet necessaria, et opportuna, omnia pº.
= Ex adversô Dñus NN: Promotor Fiscalis dixit, et protestatus fuit, ad dictam collationem,
= et auscultationem non esse deveniendum, nisi delato priùs Supradicto Notario adjun-
= cto Juramento de fideliter, et exactè in tali munere se gerendo, præfatamque
= collationem non inchoari, neque prosequi, et absolvi, nisi cum ipsius præsentia, et
= assistentia; atque servatis demum omnibus, et singulis præscriptis tam in De-
= cretis generalibus, quàm novissimis Sacræ Rituum Congregationis, aliàs pº omnib.
= Ex hunc dictus Rmus Dñus NN: Episcopus Vicen visis, et audibis prædictis, primo loco
= elegit, et deputavit prô dicta collatione, et auscultatione peragenda in Notarium
= Adjunctum Dñum NN: Notarium publicum, Apostolica [vel Ecclesiastica] authori-
= tate creatum, præsentem, et acceptantem, atque exhibentem Literas patentes
= sui Notariatus, in fine præsentis Sessionis registrandas, Dictoque Notario modo
= quo supra electo, Juramentum detulit de fideliter, et exactè exercendo munere
= sibi commisso, quod ipse incontinenti genuflexus præstitit in manibus ejusdem
= Rmi Dñi Episcopi Vicen, sequentibus verbis.
= Ego NN: tactis Sacrosanctis Evangeliis coram me positis pº [et hic extendatur dictum
Juramentum juxta formulam superius traditam prô Juramento Notarii Actuarii.]
= Ejusmodique præstito Juramento, idem Rmus Dñus Episcopus ulterius decrevit inchoari,
= prosequi, et absolvi collationem, et auscultationem Supradictæ Copiæ cum actis originali-
= bus per dictum Notarium Adjunctum, et me Notum Actuarium coram ipso Rmô Dño
= Episcopo, atque præsente, assistente, et audiente dº Dño NN: Promotore Fiscali, non
= solum pº, sed et omnib.
= Quòd statim parendo ejusdem Rmi Dñi Episcopi mandatis, dictus Notarius Adjunctus

= et Ego Notarius Actuarius, dictam collationem, et auscultationem altâ, et intelligibili voce inchoavimus, dictus nempè Dñus Notarius Adjunctus sub oculis habens acta originalia, et ego perlegi Transumptum, seù copiam ex iis confectam.

Sicque prosequatur auscultatio usque dum propter horæ banditatem dimitti velit, et tunc prosequatur actus sequenti forma.

= Auscultationes autem, et collationes facta à folio 1. usque ad folium . . inclusivè, &c. Reumus = Dñus Episcopus Vicen ob banditatem horæ mandavit eam suspendi, et intermitti, ac deinde reassumi, et prosequi diebus sequentibus; Dictumque Dñum NN. Promotorem Fiscalem ortenus monuit, prout etiam dictum Dñum Notarium adjunctum, ut die . . . hora . . . intersint prosecutioni dictæ collationis et auscultationis; ab quo demùm mandavit omnia gesta, et acbitata in presenti Sessione, per Scriptorem deputatum, vel per me Notarium Actuarium infrascriptum transcribi et exemplari sub prædicto Transumpto, seu copia, cum cæteris in posterum acbitandis usque ad totale complementum Processus; Et deinde sese subscripserunt.

Et hìc apponi debent consuetæ subscriptiones, ac etiam illa Notarii adjuncti, nec non Scriptorum, seù Scriptoris deputati; posteàque apponatur solitus logibus Notarii Actuarii, ac in fine registretur tenor citationis cum relatione Cursoris in calce, nec non Privilegium Notariatus Supradicti Notarii Adjuncti.

Successivè diebus destinatis prosequi poterit collatio, et auscultatio dicti Transumpti, seù copiæ in tot Sessionibus, quot necessariæ erunt prò ejus complemento, coram eodem Rmo Dño Episcopo, semperque presente, et assistente Dño Promotore Fiscali. Hujusmodique Sessiones collationis fieri debent cum omnibus formalitatibus superius enunciatis. In fine verò ultimæ Sessionis dictæ collationis concludendum erit, ut sequitur.

= Quâ collatione, et auscultationes superius prosecutâ, atque integraliter completâ folio = rum in totum . . . tam dictus NN. Notarius Adjunctus, quàm ego Notarius Actuarius de mandato dicti Rmi Dñi NN. Episcopi Vicen fecimus attestationem tenoris sequentis videlicet.

= Nos infrascripti coràm dicto Rmo Dño NN. Episcopo Vicen presente semper, assistente, et audiente dicto Dño NN. Promotore Fiscali, fideliter, et diligenter collationavimus et auscultavimus Transumptum, seù copiam Processus authoritate Ordinaria constructi in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servæ Dei Sororis Mariæ Albertæ de Sancto Dominico super publico cultu eidem minime exhibito, cum ipso Processu, et actis originalibus, conscriptum, et exaratum ab NN. Scriptore, seu Scriptoribus specialiter deputatis, atque reperimus, dictum Transumptum, seù copiam in omnibus, et per omnia concordare, et confrontare cum dictis actis originalibus; et ita prò veritate testamur, et fidem facimus, non solùm præmisso, sed et omni alio meliori modo, et forma.

Ita

= Ità est Ego NN: Notarius publicus, et actuarius præsentis Causæ speciali=
= ter deputatus = Ita est ego NN: Notarius adjunctus, et ad præmissum effectum
= specialiter electus.

= Quibus omnibus visis, et auditis idem Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen ad instantiam
= et petitionem NN. Procuratoris Causæ sequentem apposuit declarationem vide=
= licèt: Declaravit, et declarat, supradictum Transumptum, seu copiam Processus
= Ordinaria sua authoritate compilati in dicta Causa Beatificationis, et Canoni=
= zationis Ven: Servæ Dei Sororis Mariæ Albertæ de Sancto Dominico super cultu
= eidem non exhibito, benè visam, et inspectam, ac pluriès revolutam, et sedulò
= consideratam, consistere in foliis scriptis numero . . . præter acta auscultationis,
= et collationis, ac subsequentia; Præfatique Transumpti, seu copiæ collationem,
= et auscultationem coram se, ac præsente semper, et audiente Dño NN: Promotore
= Fiscali specialiter deputato, cum Processu, et Actis originalibus per Notarium
= Adjunctum, et Notarium Actuarium à se specialiter deputatos, fuisse ritè, rectè,
= et fideliter factam; dictumque Transumptum, seu copiam correspondere, et concorda=
= re cum Processu, et Actis originalibus, eique, eique in omnibus, et per omnia, ac
= si esset idemmet Processus originalis, plenam, et indubiam fidem adhibendam
= fore, et esse. Super quibus omnibus, et singulis suam authoritatem, atque De=
= cretum quodcumque necessarium, et opportunum, supplendo etiam omnes, et
= singulos tàm Juris, quàm Facti defectus, si qui forsan irrepserint, interposuit,
= et interponit in forma, non solùm præmisso, sed et omni alio meliori modo &c.

= N N: Episcopus Vicen

His peractis procedi debet ad electionem, et deputationem Portitoris, qui præfatum Tran=
sumptum, seu copiam Processus Romam deferat [Processus enim originalis sem=
per asservari, atque custodiri debet clausus, et obsignatus in Archivo Rmi Episcopi]
unde prosequi poterit præsens actus, ac sessio sequenti modo.

= Successivè, et incontinenti idem Rmus Dnus NN: Episcopus Vicen, ad instantiam ejusdem NN.
= Procuratoris Causæ ulterius decrevit, atque relaxari mandavit citationem contra Dnum
= NN. Promotorem Fiscalem, ad comparendum coram se in hunc eumdem solitæ audien=
= tiæ locum, die . . . hora . . . et prò tunc ad videndum eligi, et deputari Portitorem,
= qui supradictum Transumptum, seu copiam Processus Romam deferat unà cum
= Literis Dominationis suæ Illmæ et Rmæ ad Sacram Rituum Congregationem; dicto=
= que Portitori videndum deferri Juramentum de fideliter asportando; idemque Tran=
= sumptum, seu copiam mandari subscribi, ac sigillo ejusdem Rmi Episcopi interiùs
= obsignari, deindeque claudi, atque exteriùs eodem Rmi Dni Episcopi sigillo, in
= pluribus locis benè impresso, muniri; sicque clausum, et obsignatum eidem Portitori
= tradi, et consignari ad effectum Romam deferendi; et aliud quodcumque Decretum necessa=
= rium, et opportunum fieri, et interponi in forma ad eamdem diem, et horam, omni &c.

GOBIERNO DE ARAGON

= Quam quidem citationem idem Amus Dnus Episcopus mandavit, et mandat per me Notarium
= Actuarium extendi, et exequendam tradi predicto NN. Cursori deputato, atque acta pre=
= sentis Sessionis per me transcribi sub prefato Transumpto, et deinde se unàcum Dno
= Promotore Fiscali, meque Notario se subscripsit.

Et hìc apponantur solitæ subscriptiones, ac etiam illas Notarius Adjunctus. Notarius verò Actuarius postèa transcribat, seu transcribi faciat per Scriptorem deputatum in Transumpto acta presentis Sessionis, atque in fine apponat suum Signum.

Prò ultima Sessione, in qua deveniendum est ad electionem prænemorati Portitoris, ejus=
que Juramentum, atque ad authenticationem, clausuram, et obsignationem Proces=
sus, Notarius Actuarius demandatam citationem expedire poterit, juncta supradela=
tum tenorem conceptam, illamque deinde consignet Cursori deputato ad effec=
tum exequendi, et postquam fuerit executa, eadem reproducatur de more in Actis
die intimata, et extendatur actus, ut sequitur.

= In nomine Domini. Amen. [hìc ponatur solitum principium Sessionis juxta formulas superiùs tradi=
tas: Cursor reproducat citationem executam cum solita relatione in calce; Ipsa deindè
repetatur à Causæ Procuratore cum instantia prò electione Portitoris, nec non prò
omnibus aliis actis in eadem citatione expressis: Dnus Promotor Fiscalis suam de
more faciat protestationem generalem: atque demum Amus Dnus Episcopus post
demandatam registrationem ejusdem Citationis, in fine Sessionis peragendam, sequenti
modo præsentem actum, et Sessionem prosequi poterit.]

= Successivè ad effectum deferendi Romam supradictum Transumptum, seu copiam præsentis Pro=
= cessus, idem Amus Dnus NN. Episcopus Vicen elegit, ac eligit NN. [et hìc specificetur
= nomen, cognomen, et qualitas Portitoris] in Portitorem, ibidem præsentem, eidemque
= Juramentum detulit de fideliter asportando, quod ipse illicò et incontinenti genuflexus
= præstitit in manibus ejusdem Illmi et Rmi Dni NN. Episcopi Vicen sequentibus verbis.

= Ego infrascriptus tactis sacrosanctis Evangeliis coram me positis juro, et promitto, me fidelitèr, et dili=
= genter gerere in deferendo Romam supradictum Transumptum, seu copiam Processus authо=
= ritate Ordinaria constructi in Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Servæ Dei Sor. Marie
= Alberte de Sancto Dominico Monialis Ordinis Carmelitarum Excalceatarum, et ità promitto, et jura
= sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta ejus Evangelia. = N.N. Portitor deputatus.

= Quo Juramento sic præstito idem Illmus et Rmus Dnus Episcopus mandavit mihi Notario Actuario, ut
= acta præsentis Sessionis transcribam pariter in dicto Transumpto. Deindeque jussit, et
= jubet, idem Transumptum integraliter jam completum subscribi tàm per Dominatio=
= nem suam Illmam, et Rmam, quàm per Dnum NN. Promotorem Fiscalem, ejusque pro=
= prium Sigillum in calce apponi, atque per me Notarium Actuarium infrascriptum
= fieri recognitionem in forma, tàm dictarum subscriptionum, quàm præfati Sigilli; Ac
= demum idem Transumptum claudi, Sigillique pariter ejusdem Rmi Dni Episcopi Vicen in
= pluribus locis benè impresso, à parte exteriori muniri: Dicto autem Transumpto modo

GOBIERNO DE ARAGON

= quo supra clauso, præfatoque Sigillo munito, unà cum particularibus Literis
= ejusdem Rmi Dni Episcopi ad Sacram Rituum Congregationem, Portitori deputa=
= to tradi, et consignari; atque de dicta consignatione confici separatim per me No=
= tarium Actuarium Instrumentum publicum in forma, atque demùm decrevit Pro=
= cessum, et acta originalia pænès ipsum Rmum Epum remanere, ad effectum
= ea asportandi ad Archivum Episcopale, ibique ad perpetuam rei memoriam as=
= servandi, et custodiendi; ac in fine unà cum Dno Promotore Fiscali se subscripsit.

Et hic apponantur solitæ Subscriptiones cum illa etiam Portitoris deputati. Deinde Notarius faciat solitum rogitum, ac registret tenorem citationis reproductæ in principio Sessionis unà cum relatione cursoris; ac demùm iterùm se subscribat, atque apponat sui Notariatus Signum.

Completâ hac ultimâ Sessione, idem Notarius Actuarius transcribere debet in Transumpto acta ejusdem, ut illud sit integrum. Atque in calce iterum apponendæ sunt subscriptiones, et Sigilla Rmi Dni Episcopi, Dni Promotoris Fiscalis, et Notarii Adjuncti, necnon duorum Testium ad hunc actum specialiter adhibendorum; et demum per eumdem Notarium Actuarium prosequatur forma sequenti.

= Et ego infrascriptus Notarius Actuarius fidem facio, et attestor, supradictas subscriptiones fuisse
= coram me, et Testibus suprascriptis factas, et scriptas manu propria, et caractere su=
= pradictorum Rmi Dni NN: Episcopi Vicen, Dni NN: Promotoris Fiscalis, et Dni NN: No=
= tarii Adjuncti, sicut etiam ab eisdem apposita fuisse supra expressa Sigilla, quo=
= rum primum Rmi Dni Episcopi Vicen continet et exprimit . . . [et hic specifi=
= cetur singillatim quidquid continet, et exprimat unumquodque ex præfatis Sigillis]
= Ita est Ego NN: Notarius publicus, et præsentis Processus Actuarius specialiter depu=
= tatus.

Post hanc subscriptionem immediatè apponatur legalitas Rmi Dni Episcopi Vicen, sequenti forma.

= Nos &c Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Vicen notum omnibus, et singulis per præ=
= sentes facimus, et attestamur, supradictum NN: esse Notarium publicum, et in
= hac Causa, et Processu per nos in Actuarium specialiter deputatum; ejusque atte=
= stationibus, et Scripturis publicis plenam semper, et indubiam fidem adhibitam
= fuisse, et adhiberi tam in Judicio, quam extra; et ita prò veritate testamur, omni &c.
= Ego NN: Episcopus Vicen = Loco ✠ Sigilli.

His omnibus expletis claudendum tandem est idem Transumptum, illudque obsignandum ab extra cum Sigillo tantùm Rmi Dni Episcopi Vicen benè impresso in pluribus Locis, ac facienda in eo est sequens suprascriptio.

= Sacræ Rituum Congregationi. Romam. Hoc est Exemplum, sive Tran=
= sumptum publicum, et authenticum integri Processus authoritate Ordinaria in
= Civitate Vicen fabricati in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven: Servæ Dei

GOBIERNO DE ARAGON

= Sororis Mariæ Albertæ de Sancto Dominico super publico cultu eidem non exhibito; præ-
= sentandum, et exhibendum Sacræ Rituum Congregationi, sive illius R.P.D. Secretario,
= et nonnisi de mandato ejusdem Sac: Congregationis aperiendum.
= N.N: Episcopus Vicen.

Demandet tandem confici endum separatè Instrumentum publicum clausum, et consignatio-
nis dicti Transumpti Portitori deputato, quod extendi poterit juxtà sequentem for-
mulam.

= In Dei nomine Amen. Ab nativitate Domini nostri Jesu Christi anno . . . die . . Mensis
= . . . . feliciter regnante Sanctissimo Domino nostro . . . . . Indictione . . .
= coram Illmo, et Rmo Dño NN: Episcopo Vicen prò Tribunali sedente in . . . Loco
= Loci prò Audientiis, et actibus publicis specialiter deputato, presente, et assistente Dño
= NN: Promotore Fiscali specialiter electo, et deputato, atque præsentibus testibus
= infrascriptis ad hunc præsentem actum specialiter vocatis, atque rogatis: Ego
= Infrascriptus Notarius, et Actuarius Processus authoritate Ordinaria ejusdem Rmi
= Dñi Episcopi Vicen fabricati in Causa Beatificationis, et Canonizationis V: Servæ
= Dei Sor: Mariæ Albertæ de Sancto Dominico super publico cultu eidem ad formam
= Decretorum Generalium San: mem: Urbani Papæ VIII. minime exhibito, de spe-
= ciali ordine, et mandato ejusdem Rmi Dñi Episcopi, præsentibus, et videntibus,
= tam ipso, quàm Dño NN: Promotore Fiscali, testibusque infrascriptis, exemplum,
= sive Transumptum publicum, et authenticum prænemorati Processus clausi, et
= observati, et in faciem ejusdem per ipsum Rmum Dñum Episcopum Vicen appositæ
= fuit sequens suprascriptio: Hoc est Exemplum &[et hìc registretur tenor dictæ
= suprascriptionis juxtà formulam suprà expressam]; sicque clausum, et observa-
= tum, atque Sigillo ejusdem Rmi Dñi Episcopi Vicen benè impresso in pluribus
= locis, à parte exteriori munitum, unà cum Plico ipsius Literarum ad Sacr. Rituum
= Congregationem, ac unà etiam cum præsenti Instrumento publico, sub alio Plico
= per me claudendis, tradidi, et consignavi NN: Portitori, aliàs per eumdem Rmum D:
= Episcopum Vicen specialiter electo, atque jurato, præsenti, ac Transumptum, et Plicum præ-
= dictum è manibus meis recipienti ad effectum Romam deferendi juxtà formam suæ
= deputationis. Super quibus omnibus, et singulis de speciali ordine, et mandato ejus-
= dem Illmi, et Rmi Dñi NN: Episcopi Vicen præsens publicum Instrumentum in
= formâ confeci. Actum & die . . mense . . . anno . . . in Loco . . . præsentibus NN. NN.
= testibus ad prædicta specialiter vocatis, atque rogatis. In quorum fidem &.
= Ita est Ego NN: Notarius publicus, et Actuarius specialiter deputatus, et de prædictis rogatus
= in formâ, omnis = Loco ✠ Signi.

Et in fine pariter istius Instrumenti apponenda est Legalitas Rmi Dñi Episcopi Vicen juxtà
formulam suprà traditam §. Nos &

Postea hoc Instrumentum, unà cum suprà recensitis Literis Rmi Dñi Episcopi, includendum est in
albero

altero separato Plico; atque in eo apponenda est à parte exteriori sequens suprascriptio
= Sacræ Rituum Congregationi. Romam Plicus continens Instrumentum publi=
= cum Consignationis Transumpti Processus authoritate Ordinaria Rmi Dni Episcopi
= Vicæ fabricati in Causa Beatificationis, et Canonizationis Ven: Servæ Dei Sororis Mariæ
= Alberti de Sancto Dominico super cultu publico eidem non exhibito, unà cum Literis
= ejusdem Rmi Dni Episcopi ad Sacram Rituum Congregationem
= N.N. Episcopus Vicen.

In Literis verò scribendis à Rmo Episcopo Sacræ Rituum Congregationi, fieri debet com=pendiaria narratio omnium substantialium, quæ peracta sunt prò legitima ejusdem Processus constructione, attestando fuisse ad unguem adimpletum quidquid tàm de jure, quàm in Decretis Generalibus, et novissimis Sacræ Rituum Congrega=tionis præscribitur; itaut si quid omissum appareat in constructione Processus, tribuenda est dicta omissio errori in extendendis actis, non autem processit, quod defectum fuerit in forma substantiali; Ac insuper certior faciendus est Sacra Congregatio de fide præstanda Testibus examinatis, attestando, ipsos in eorum examine nullum dedisse nec minimum signum suspicionis, aut affectionis, et esse dictos Testes personas omnes fide dignas, eorumque Dicta, et Depositiones integram fidem mereri &. Hæc est substantia Literarum scri=bendarum à Rmo Episcopo, quæ Literæ concipi possunt aut latino, aut materno Idiomate, prout libuerit.

Atque hæc omnia notare opportunum duximus tàdem prò compilatione, et trans=missione supradicti Processus de non Cultu, sed etiam alterius separatim con=struendi super Sanctitate Vitæ, Virtutibus, Donisque supernaturalibus, et Mi=raculis ejusdem Servi Dei, de quo nox erit Sermo.

De altero Processu successivè construendo super Sanctitate Vitæ, Virtutibus, et Miraculis dictæ Servæ Dei

Post absolutum dictum primum Processum super non Cultu, incœandus est alter super Sancti=tate Vitæ, Virtutibus, et Miraculis dictæ Servæ Dei, et quod attinet ad constructionem Actorum tàm præliminarium, quàm finalium, necnon quoad Examen Testium [præ=scindendo ab actis visitationis Sepulchri, et Sententiæ super non cultu proferendæ] eædem omnes, et singulæ solemnitates, atque formalitates adunguem servandæ sunt, quæ in supradicto altero Processu de non cultu enunciantur, mutatis tamen mutandis; et ideò ad evitandam inutilem repetitionem iterùm hìc non recensentur; Solum=que aliquid notabitur quoad substantiam Articulorum, et Interrogatoriorum prò Examine Testium exhibendorum, cum concipi debeant diversimodè ab aliis super non Cultu.

GOBIERNO DE ARAGON

34.51

Adnotationes

Ut supra innuimus, efformandi, ac producendi sunt per Procuratorem Causæ Articuli; Isti autem extendi debent à Postulatoribus Causæ; ac in iis [præmissis generalibus] articulanda erit in specie, ac distinctim tota series vitæ dictæ Servæ Dei, incipiendo ab ortu, cum expressione diei, mensis, et anni, quibus in lucem prodiit, necnon Parentes Patria, Baptismus, Confirmatio, gesta in Pueritia, in Adolescentia, in firmationes Status, ac exercitia pietatis in eo Statu quem elegit; Successivè articulentur Virtutes Theologales, nempe Fides, Spes, charitas tam erga Deum, quàm ergà Proximum; nec non Cardinales, nimirùm Prudentia, Justitia, eique partes annexæ, ut pieta Religio, Pietas, Obedientia, affabilitas, veracitas, Gratitudo, et similes, ac Fortitudo, et Temperantia, Castitas, Paupertas, et Humilitas, et in omnibus hisce Articulis explicentur distinctim, et separatim omnes præcipui, et particulares actus cujuslibet Virtutis, ex quibus heroicus gradus earumdem Virtutum assurgat; Postmodùm articulentur Dona supernaturalia [si quibus fuerit iden Servus Dei insignitus] nempè Prophetiæ, Scrutationis Cordium, Extasum, et Raptuum, Splendorum, Visionum, similiumque charismatum, recensendo Casus, et Eventus speciales, quibus prædicta Dona comprobata remanent, ac distincte individuando, et explicando omnes, et singulas eorum circumstantias; Deinde articulentur Miracula in vita edita, distinctim exprimenda cum omnibus pariter facti circumstantiis, necnon fama Sanctitatis constans, et universalis in vita cum omnibus suis requisitis, quod nempè fuerit semper continua, et nunquam interrupta usque ad obitum dictæ Servæ Dei; quod fuerit universalis, vel saltem in majori parte Populi, et præcipuè penès viros graves, doctos, prudentes, omnique fide dignos; Quod evulgata, et dilatata sit in pluribus Locis, et Provinciis; Quodque demùm nil contra eam fuerit unquam factum, dictum, vèl auditum. Posteà ponatur obitus cum omnibus pariter suis circumstantiis, ex quibus appareat Sanctè in Domino obdormiisse; Successivè ponantur Miracula patrata post mortem, eadem articulando cum omnibus itidem facti circumstantiis, ex quibus eorum relevantia resultet; Et demum articuletur fama Sanctitatis post obitum, universalis, nunquam diminuta, imò potiùs in dies aucta, ac longè, latèque diffusa penès omne genus Personarum absque ulla contradictione; necnon continuus Populi concursus ad Sepulchrum dicti Servi Dei, universalisque Devotio ergà eumdem.

Super his Articulis Dñus Promotor Fiscalis debet conficere Interrogatoria, et poterit desumere generalia superius extensa pro Processu de non cultu usque ad octavum, et alia addere distinctè circà Vitam, Virtutes, Dona supernaturalia, et miracula tam in vita, quam post obitum, circà mortem, et articulatas circumstantias illius, et circa famam, et communem opinionem Sanctitatis, ejusque continuationem, et perseverantiam juxtà Doctrinam, prudentiam, et diligentiam dicti Dñi Promotoris

ris Fiscalis; Et super his Interrogatoriis, et Articulis examinentur Testes in majori numero, quo fieri potest, et precipue ij, qui familiariter Servam Dei tractarunt, quique de ejus Sanctitate, et Virtutibus majorem notitiam habent &.

Advertendum est, quod si in Examine aliquis Testis vocaret alium in Contestem super aliqua circumstantia, aut facto considerabili, de quo ipse deponat, ille qui in Contestem, ut supra, citatur, vocari debet per DDños Judices ex Officio, ac examinari debitis cum formalitatibus, et Solemnitatibus, ut alij Testes inducti per Procuratorem, quatenus tamen vivat, et non sit absens è loco Judicii.

Rursùs advertere opportunum ducimus, quod in hoc altero Processu super Sanctitate vitæ, Virtutibus, et Miraculis in specie debent singillatim, atque ex integro [et quidem à primo usque ad ultimum] extendi omnia, et singula acta tàm præliminaria, quàm finalia, juxtà methodum, et formam superiùs traditam prò dicto altero Processu de non Cultu; non enim sufficit, quod in hoc secundo Processu respectu ad deputationes, productiones Documentorum, aliaque subsequentia Acta, habeatur etiam vel in minimis aliqua relatio ad acta, atque gesta, vel ad Documentorum productiones factas in dicto altero primo Processu de non cultu; sed omnia, et singula debent iterum ex integro repeti, atque respectivè produci in hoc secundo Processu, ac si primus nullo modo fuisset constructus. Quilibet enim ex iis nullam penitùs correlationem habere debet cum altero; quia separatim sunt producendi, atque separatim, et omninò independenter unus ab altero examinandi sunt à Sacra Rituum Congregatione.

Ulteriùs insinuamus, quod nullatenus incongruum erit, si primo loco construeretur Processus iste Principalis super Sanctitate vitæ, Virtutibus, et Miraculis in specie, atque deinde alter super non cultu; quinimò id magis proficuum, atque congruentius judicamus, nè contingat casus, quod eò interim quo compilatur Processus de non cultu, pereant nonnulli ex Testibus, qui de visu, propriaque observatione testimonium perhibere valent de virtutibus Servi Dei, earumque specialioribus actibus: Probationes quippè super dictis Virtutibus, ulteriori labente tempore, possunt deficere; nullatenus verò eæ, quæ recipiendæ sunt super non cultu.

Insuper advertimus, quod ambo isti Processus poterunt simultaneè, atque per eumdem Portitorem ad Urbem transmitti; Quamobrem acta superius extensa, quæ concernunt ipsius Portitoris deputationem, accomodari atque extendi poterunt forma, et modo, quo comprehendant consignationem, atque respectivè delationem utriusque Processus. Sicut etiam si Rmus Ordinarius nequeat, vel nolit personaliter assistere constructioni Processuum, omnia Acta et Decreta superiùs enunciata, extendi, atque accomodari respectivè poterunt tanquam gesta, et emanata à DDñis Judicibus ab eo delegandis, et qui structuræ eorumdem Processuum assistent, ut jam innuimus sub ~~jam~~ initium Instructionis.

Atque tandem, et præ cæteris advertere necesse ducimus, quod respectu Processus de non Cultu, quotiès Rmus Ordinarius illius constructioni personaliter interesse, atque assistere

GOBIERNO DE ARAGON

nequeat, eo casu non est necesse, ultra Vicarium Generalem, delegare etiam duos Adjunctos; quia delegatio Adjunctorum [quando non assistit personaliter Episcopus] prescripta tantum est in Decretis Generalibus pro Processibus, qui construuntur super vita et Virtutibus Servorum Dei, non vero pro Processibus de non cultu; Pro istis enim sufficit, ut Ordinarius deputet Vicarium Generalem tantum, absque Adjunctis. Et licet in prima parte presentis Instructionis, agendo de Processu super non Cultu, facta fuerit etiam mentio de delegatione Adjunctorum ultra Vicarium Generalem, id tamen expletum exhibit ad hoc ut acta ibi contenta deservire potuissent pro regula, et norma utriusque Processus, tam scilicet Processus de non cultu, quam etiam, et precisius pro altero super Sanctitate Vitæ, et Virtutibus Servæ Dei, pro quo necessaria omnino est delegatio Adjunctorum, quoties non assistat personaliter Episcopus compilationi ejusdem.

Pro Processu igitur super Vita, et Virtutibus necessaria omnino est delegatio Adjunctorum si non assistat Episcopus: Pro altero vero Processu de non cultu superflua est dictorum Adjunctorum delegatio, cum satis sit assistentia tantum Vicarii Generalis; quoties tamen non placeat eos ad majorem, et abundantiorem cautelam [citra tamen necessitatem] adhibere.

Atque hæc dicta sint sub Censura S. Salvo semper &.

Joseph Luna è Patronis Causarum
Canonizationis Sanctorum